

www.e-rara.ch

**Iacvla Ecclesiae Christi Catholicae, Ex Catholicorum Ipsisque
Hæreticorum Assertionibus deprompta**

Benedetti, Benedetto

Venetiis, M. DCVIII

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRe 18 | G

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-64504>

[CCCCI. - CDLXXXII.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Pater.

mus, ut & nobis, & illis eum qui est benignissimus propitium reddamus. Hinc fit ut D. IOANNES Damascenus Christianissimam hanc pietatis cōsuetudinem a Sanctis Patribus, & Orthodoxorum Ecclesiis passim toto orbe approbatam, & commendatam asseruerit, scribendo hoc pacto: Quisnā tot de his rebus in Sanctorum uitis, & Diuinis reuelationibus sita ordine recensere possit, quibus id perspicue ostenditur, defunctis etiam post mortē, preces eas, ac Missas, & eleemosynas, quæ pro illis fiunt, magnopere prodesse &c. Hoc misericors ille uult, gratumque habet, ut nos omnes tum in uita, tum post confectum uitæ curriculum, mutuo alii ab aliis iuuemur. Neque enim alioqui ansam hanc nobis porrexisset, ut eorū, qui e uita migrassent, in incruento Sacrificio meminissent: neque ut tertio, & nono, & quadragesimo die, ac denique anno uertente in eorum memoriam sacra obiremus, (quod quidem citra ullam controuersiam Catholica, & Apostolica Ecclesia sine ulla ambiguitate retinet) nisi hoc in ipsius oculis esset relictum. Gregorius insuper Secundus eadem roborat, dicens: Sancta sic tenet Ecclesia, ut quisque pro suis mortuis uere Christianis offerat Oblationes, atque Presbyter illorum memoriam faciat. Concilia præterea de oblationibus defunctorum plura habent, & censuras iustas, ac sæpius pœnas sumendas iubent de his, qui Oblationes has non perficiunt, uel negligunt, uel impediunt. In primis Concilium Aurelianense 11. hæc habet: Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerunt interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem propriis manibus probentur intulisse.

Orat. de defun. Mis. cō. Sacrif. uino inuerid.

Papa.

Ep. 8. ad Bonif.

Concilium.

Cap. 15.

Concilium.

Cap. 12.

Concilium.

Sessio. 25.

Valense.

In Constit.

Carthagin.

Cap. 6.

Hussus.

De Sacr. Miss.

Lutherus.

Ser. de Ind.

Respon. del. conclu. 26. In res. de ind. conc. 15

Concilium insuper Toletanum XI: De his, qui accepta pœnitentia antequam reconcilientur ab hac uita recesserint, placuit nobis, ut & memoria talium in Ecclesiis commendetur, & Oblatio pro eorum delicto a Presbyteris recipiatur. Concilium idem Tridentinum: cum Catholica Ecclesia SPIRITV SANCTO edocta ex sacris Litteris, & antiqua Patrum Traditione in sacris Conciliis, & nouissime in hac Oecumenica Synodo docuerit Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis potissimumque acceptabilis Altaris Sacrificio iuari, &c. Concilium insuper Valense: Qui Oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis dare remoratur, ut infideles sunt ab Ecclesia abiiciendi. Denique Concilium Carthaginense Quartum: Qui Oblationes defunctorum, aut negant Ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores, excommunicantur. Sed non est opus accersire testes Catholicorum Orthodoxorum, quod superuacaneum uideo, id enim citasse, cōfutare est, apud Christianæ rei Studiosos Catholicos. Ideo prorsus Hussus hoc idem plane Catholice sensit, Catholice asseruit, Catholice docuit, Catholice inculcauit, ac passim Catholice, quemadmodum suo loco fufe patefaciam, prædicauit, & uehementer commendauit. Deinceps primogenitus Prothæi, Polypi, Vertumnique Lutherus lubenter audiatur: Mihi dubium non est Missam pro defunctis celebratam efficaciorē, & meliorem esse ad redimēdas Animas quam sunt indulgentiæ per Missam quæsitæ. Et aliubi: Nullum dubium est, quin uehementer prosit, & redimat Animas, secundum quod Deo uisum fuerit, & illæ meruerint. Hæc ille, qui & alibi apertius scribit ad hunc modum: Mihi certissimum est, Purgatorium esse, Nec multam me mouet quid blaterent hæretici, quando iam mille, & plus cenam anni sunt, quod B. AVGVSTINVS in suarum Confessionum lib. 9. pro matre & patre suo orat, & orandum petit. Et eadem sancta Mater eius moriens (ut ibi scribit) memoriam sui optauerit ad Altare Domini. Sed & a B. Ambrosio id factum narrat.

Vinū aqua in Sacrificio miscendū. Coccius. Lutzeburg.

CCCCI.

Vinum aqua miscendum esse in Sacrificio Missæ respuunt Hydoparastata, Aquarii, Armenii, Lutherus, Musculus, & Petrus Richerius, haudqua-

Eib. 6. ar. 13 de Euchar. Catal. her.

quam

quam hoc recusant illuminati diuinitus sacris liturgijs Diuorum PETRI, IACOBI, MARCI, CLEMENTIS, BASILII, & aliorum assueti Traditionibus Apostolicis, Diuinorum Patrum assertionibus, Sacrorum Conciliorum sanctionibus eruditi, & roborati Catholici qui præ alijs uerbo Dei CHRISTI ipsius institutione edocti, ac iusti muniuntur quemadmodum fidelissime Apostolicus Pater, Martyr, ac Doctor testatur. *D. Cyprian.* *Epist. 63.* D. CYPRIANVS orthodoxe dicendo: Ad monitos nos scias; ut in calice offerendo Dominica traditio seruetur, neque aliud fiat a nobis quam quod pro nobis Dominus prior fecerit: ut calix, qui in commemorationem eius offertur, mixtus uino offeratur. Nam cum dicat Christus: Ego sum uitis uera, sanguis Christi non aqua est utique, sed uinum. Nec potest uideri sanguis eius, quo redempti, & uiuificati sumus, esse in calice: quando unum desit calici, quo Christi sanguis ostenditur, qui scripturarum omnium sacramento, & testimonio prædicetur, &c. Dominus adueniens baptismi & calicis manifestauit ueritatem; quia aquam illam fidelem, aquam uitæ æternæ præcepit credentibus in Baptismo dari, calicem uero docuit exemplo magisterij sui uini, & aquæ coniunctione misceri. Hactenus Orthodoxus Pater cum quo consentit D. HIERONYMVS, dicendo: Accepit IESVS panem, & formans sanguinem suum in calicem uino, & aqua mixtum, ut alio purgemur à culpis, alio redimamur a pœnis. Hæc ille, cuius suffragator est D. AVGVSTINVS qui sententiam D. CYPRIANI probans, D. HIERONYMI quoque pronuntiatum commendat: Beatus Cyprianus submissio dicendi genere utitur in eo libro, ubi de sacramento calicis disputat. Soluitur quippe ibi quæstio, in qua queritur, utrum calix Dominicus aquam solam, an etiam uino mixtam habere debeat. Hæc ille qui ad illud: A latere exiit sanguis, & aqua ille sanguis in remissionem factus est peccatorum: aqua illa salutare illud temperat poculum. Hæc & lauacrum præstat, & potum. Hunc sequitur D. EVCHERIVS dicens: Hæc Dominici sanguinis uinum aqua miscendum, non solum traditione Dominica, sed etiam genere passionis ostendit, ex cuius sacro latere sanguis, & aqua lanceæ illusione profluxit. Atque ut alios Orthodoxos præteream silentio, grauissimum est plurimorum testimoniorum testimonium, quod in Cōcilio Carthaginensi Tertio prolatum fuit, hoc pacto: In Sacramenta Corporis, & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est panis, & uinum aqua mixtum. Huic Concilium Bracarense Quartum concordat omnino: Nullus in oblatione sacri Calicis, nisi quod ex fructu uinæ spectatur aqua mixtum offerre præsumat: quia sacrilegium iudicatur aliud offerri, quam quod in mandatis Sacratissimus Saluator instituit. Hæc de CHRISTI institutione traditione, & iussione, ad quod accedat primitiæ Ecclesiæ doctrina, cuius procul dubio SPIRITVS SANCTVS auctor & magister extitit, quod & ipsi hæresiarcha quidem fatentur, Luculentissima sunt testimonia Pontificum Ecclesiæ Dei Diuorum ALEXANDRI PRIMI, ANICETI, & IULII Primi, qui ante mille, & trecentos fere annos uixit, quem loco aliorum præcedentium, & subsequentium allegabo: fideliter ita que asserit: Calix Dominicus, iuxta Canonum præcepta, uino & aqua permixtus debet offerri: quia uidemus populum in aqua intelligi, in uino ostēdi Sanguinem CHRISTI. Ergo cum calice uino aqua miscetur, CHRISTO populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit, copulatur, & iungitur. Quæ copulatio, & iunctio aquæ & uini sic miscetur in calice Domini, ut mixtio illa non possit separari. Nam si uinum tantum quis offerat, Sanguis CHRISTI esse incipit sine nobis: Si uero aqua sola sit, plebs incipit esse sine CHRISTO. Et ideo nulli deinceps licitum sit, aliud in sacrificiis Diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam Cōciliorum, panem tantum, & calicem, uino, & aqua permixtum. Hæc ille, cui concordant Concilia Bracarense, Altiſiodorēse, Vuormatiense, Triburiense, & alia, & nonif- *De consec. dist. i. c. 22. c. 7.*

sime Oecumenica Synodus Tridentina, in qua sic in confirmationem su-
 pradictorum traditur: Monet Sancta Synodus, præceptum esse ab Ecclesiæ,
 Sacerdotibus, ut aquam uino in Calice offerendo misceant: tum quod Chri-
 stum Dominum ita fecisse creditur, tum etiam quia a Latere eius aqua si-
 mul cum Sanguine exierit: quod Sacramentum hac mixtione recolitur: &
 cum aqua in Apocalypsi Beati IOANNIS, populi dicantur: ipsius populi
 fidelis cum capite CHRISTO unio representatur. His uero, qui idem senti-
 unt, subscribunt Græci, Hussitæ, ut patuit teste Marco Ephesio Schismatico,
 & Lutheranorum sectarius, qui non his, sed solum sibi potius (ut ita di-
 xerim) repugnans dicit: sub Symbolum, uel post concionem apparetur pa-
 nis & uinum ad benedictionem ritum solito nisi quoc nondum mecum con-
 stitui, miscendane sit aqua uino: quanquam huc inclino, ut merum po-
 tius paretur absque mixtura.

CCCCII.

Eleuationem sacrosanctæ Eucharistiæ impie improbant Beguar-
 di, Aerijs, Lutherus, Foxus, & Beza. Probi uero probe probant Catholici
 Doctores, utputa S. CYRILLVS Anachoreta in V.S. Pat. Georgius Præs-
 byter in V.S. Theod. Archim. ac Diuus GERMANVS Constantinopoli-
 rane urbis Antistes: elatio in altum uenerandi Corporis representat Cru-
 cis elationem, & mortem in ea, & ipsam resurrectionem. Quod autem sub-
 leuat Sacerdos Diuinum panem, & figuram crucis ter facit in aere cum ue-
 nerabili, & uiaifico Pane, id innuit: una quidem crux, quæ sursum designat-
 tur, sanctificatum supernum ætherem monstrat: media, aerem infima, quæ
 fit supra, & prope discum, terram in qua uiuificum illud CHRISTI Corpus
 sepultum est. D. IOANNES Damascenus: In eleuatione panis Eucharistiæ
 non dicimus *τριστοιχος* uel *τρισυποπιος* ter sanctus, aut ter Dominus, sed unus Sã-
 ctus, & unus Dominus Iesus CHRISTVS. D. SIMEON Metaphrastes:
 Cum Diuinum panem consecrans extolleret, (Chryso stomo) totus a Deo
 afflatus est. Quid autem horum est incredibile in tam sancta anima. Quibus-
 dam signis uidebat Dei Spiritum ad dona proposita descendere. D. RABA-
 NVS: Eleuatio Sacerdotis & Diaconi Corporis, & Sanguinis CHRISTI,
 eleuationem eius Crucem insinuat pro totius mundi salute. D. IVO: Cum
 panis, & Calix adhibito Diacono eleuatur, exaltatio Corporis CHRISTI
 in Cruce commemoratur. Hæc confirmant, & constabiliunt, tradunt, ac mã-
 dant etiam duo Concilia Treuirensis, & Mediolanense, atque tota Christi
 Ecclesia, cuius piissimam, & probatissimam cõsuetudinem nullatenus im-
 probi improbe improbant Græci, Hussitæ, qui enim locum inter eos pri-
 mu occupat Hussus ista scriptis prodidit: Eleuationes debet habere in memo-
 ria Presbyter, dum eleuat, & offert in Sacramento Venerabili Deo Patri
 Corpus Christi. Hunc Lutherus secutus ait: Sub cantu, Benedictus, eleue-
 tur panis, & Calix ritu in Missa hætenus seruato. Et iterum: Cum huiusmo-
 di spiritum fauere uiderem aduersum nos sine causa. quod nobis illud pro-
 maximo peccato imputare uolebat, ubi nullum erat peccatum, accedens e-
 go retinebam eleuationem in contemptum, & despectum eiusmodi da-
 monis, quam tamen statueram relinquere. A alio loco, idem facit, quod
 Sacerdos mox consecrato pane, & Calice eleuat eundem: quo non esse ali-
 quid offerre Deo ostendit, cum nullo uerbo meminerit Hostiæ seu oblatio-
 nis, sed est & id ipsum uel reliquum ritus Hebraici, quo leuabantur, quæ cū
 gratiarum actione accepta Deo referebantur. Hæc ille, quem contra Bezã
 loachimus Vuestphalus defendatur. Atque ut Cleinuitzius testatur, sunt
 (&) alij (Nouatores) qui Eleuationem sanctæ Eucharistiæ retinent.

Libido con-
 foc. ner.
 De for. Misf.

Art. 16. in
 iud. Hunni.
 Dial. 2.
 In Theor.

In Trisag.
 In S. Ioann.
 Chrysoff.

De inst. Cle.
 l. 1. c. 34.
 Ep. 233.

Tract. de
 C. D.
 In for.
 Misf.
 In bre. conf.
 de Sac. Ro. 2.
 f. 226.
 De capt.
 Babyl.

Cont. Bezã
 Cont. He-
 stus.

Marco E-
 phesius.
 Luthero.

Eleuatio
 Eucharistiæ
 asseritur.
 Corcius.
 Tribonian.
 Hoffmeister
 vni.
 Constantin.

Damasc.
 Metaphrasf.

D. Raban.

Carinianus.

Hussus.

Lutherus.

Vuestphalus
 Cleinuit-
 zius.

Canon Missa approbatur.
 Colonienfes Nicolaus Vilogagnö.
 Pindanus.
 Episcopus.
 Episcopus.
 Episcopus.
 Episcopus.
 Hussus.
 Vnicloffus.
 Lutherus.
 Anglicani.
 Altaria sacra afferuntur.
 Coccius.
 D. Clemens.
 D. Ignatius.
 D. Irenæus.
 Papa.
 Papa.
 Papa.

CCCCIII.

Sacrum Missæ Canonem Lutherus corrupte transtulit ad seducendam plebem: Valentinus Vannius, & Georgius Major eum profanant & impudentissime ludibrio exponunt. Eum uero ecclesiastica auctoritas tot ante seculis concelebrat tamquam rectissimum, piissimum, probatissimum, caratissimum, purissimum, & Christianissimum omnes Christi Orthodoxi Catholici comprobant, in eum enim sacrum Canonem luculenter scripserunt expositionem Florus Magister, Odo Cameracensis Episcopus vir uetustate, religione, ac eruditione uenerabilis, Stephanus Eduensis Episcopus, & Remigius Antifiodorësis Episcopus, qui sacrosanctum sanctissimæ Missæ Canonem Sanctorum Patrum sententiis, & auctoritatibus luculentissime confirmauit. His uero concordant Ecclesiæ omnes Patres, Doctores, & Theologi, & Græci quoque commendant, deinde probant Hussite, Hussus uero laudat, dicens: super his se fundans Ecclesia uniuersalis dicit in Canone Missæ: Offerimus panem sanctum, &c. Et iterum, Panem Cœlestē accipiam, & nomen Domini, inuocabo. Vnicloffus præterea approbat Canonem, & totum ritum Missæ a principio ferè usque ad finem, dicens eum egregium, & egregie declaratum esse. Hæc ex eo quem discipulus eius Lutherus sectatur, dicendo: sunt quinque facienda pro satisfactione Felti, ut colligitur ex decreto, scilicet audire Missam, audire uerbum Dei, orare, offerre, & conteri de peccatis. Primū audire Missam. Hic nimium stulte quidam interpretantur Canonem uolentes ideo Missam legendam altiore uoce, quod non uideri, sed audiri sit præceptum, quasi non magis præceptum sit, Canonem Missæ, qui solus proprie est Missa, pressa uoce legi, nec audiatur; cetera autem sunt orationes, uel paramenta ad Canonem Missæ. Huic uero hæretico hæretici in Anglia ministri inuitis improbis Geneuensium ministris penitus assentiuntur, ubi Canonem Missæ Romanum acceptent eoque utuntur.

CCCCIV.

Altarium consecrationem, & usum ad Diuinum Sacrificium reprobos homines improbant Ariani, Iulianus, Eustachius, Donatista, Manichæi, Messaliani, Petrobrusiani, Albigenses, Taborite, Lutherus, Ocolampadius, Pseudomartyr, Caluinus, Beza, & Casimirus: Probant uero præcedentibus Catholicis Christiane sentientibus, & hæresim prædictorum impiorum confutantibus iuxta plura Scripturæ sacre loca dicentibus secundum statuta Apostolica: Sciat uidua (inquiunt Apostoli) se esse ad Altare DEI, & domi suæ sedeat, neque prætextu ullo in domos fidelium ad accipiendum ingrediatur. Nam neque Altare Dei unquam circumit, quin potius in uno loco collocatum est. Ac rursum: Si quis Episcopus, uel Presbyter præter Domini de Sacrificio, ordinationē, alia quædam ad Altare attulerit, mel, uel lac, uel pro uino ficeram, deponatur. D. IGNATIUS: Nemo erret nisi quis in tra septa Altaris sit, priuatur pane DEI. D. IRENAEVS: Sacerdotes sunt omnes Domini Apostoli, qui neque agros, neque domos hæreditant hic, sed semper Altari, & DEO seruiunt. Et ante hunc D. EVARISTVS Ecclesiæ Pontifex: Omnes Basilicæ cum Missæ debent consecrari: Altaria uero placuit non solum unctione Chrismatismis, sed etiam Sacerdotali benedictionem sacrari si uero Altaria non fuerint lapidea, ad celebranda Diuina officia non conferentur. Item D. PIVS Primus: Si super Altare stillauerit Calix, sorbeat minister stillum, & tribus diebus poeniteat. Itidem D. SOTER: Sanctas Deo foeminas, uel Monachas sacra uasa, uel sacratas pallas penes uos contingere, & incensum circa Altaria deferre, perlatū est ad Apo-

In Antid. da de Sac. Miss. libelcont. Dan. Pan. 4. c. 47-48. 49. Expos. in Cano. Miss. Can. Miss. 1. decla. In cano. Can. exp. ext bibl. 55. P. 10. 6.
 De Apoll. sua cap. 18.
 De ter. præ.
 Lib. 1. p. 1. publ. In Ec. Anglic. et lib. 1. Feuar. Theomat. Coccius.
 Lib. 6. ar. 9 de Eccl.
 Conf. Ap. stol. li. 3. c. 6.
 Can. Ap. 3.
 Epist. ad Ephes. lib. 4. c. 20. Ap. Bucher. lib. 1. c. 27.
 Ap. Iuo. p. 1. c. 25.
 Epist. 2.

stolicā Sedē: quæ omnia reprehensione plena esse nulli recte sapientium du-
bium est. His consentiuntur Orthodoxi omnes Patres, quinimo alij Oecu-
menici Pontifices Diui LVCIVS, HILARIVS, DAMASVS, LEO, GE-
LASIVS, SYMMACHVS, HORMISDA, FELIX, GREGORIVS,
ALEXANDER, insuper Concilia Elibertinum, Carthaginense Quintum
Agathense, Epauense, Aurelianense Tertium, Turonense Secūdum, Bra-
carensē Primum, Antisiodorensē, Hispalense Secundum, Remense, Parisiē-
se, Nannetense, & alia quæ ad quæcunque fidei Christianæ Dogmata con-
firmanda, vel tradenda sufficientissima cuilibet uere Christiano nimirum
esse debent. Quibus male Christiani schismatici, imo vere hæretici Græci,
Hussitæ, dictis, factisque, non repugnāt morē porro Catholicū incōstans nō
reprobat Lutherus, qui toties probat Altaria sacra, & honorifice illorū me-
minit, quam ob rem inter alia inquit: Ex his intelligitur Sanctorū memo-
rias, Tempa, Altaria, Nomina, Imagines ideo celebrari, & multiplicari, ut
eorum exemplo animemur ad perferenda eadem mala, quæ ipsi intule-
runt. Qua ratione nisi colantur, omnis eorum cultus superstitione non uacat.
Hæc ille in cuius sententia sunt ministri hæresis in Anglia, Atque ex
ipsis Sacramentariorum ducibus Oecolampadius est, qui si Ecclesiæ cedē-
dum esset corpus CHRISTI in Eucharistia Christicolis exhiberi, recte-
que erigi Altaria ad eius honorem, ac celebrationem his verbis fatetur: Si
in pane caro est, redeant anniuersarij accersantur Sacerdotes innumeri, ex-
truantur aræ plurimæ,

CCCCV.

Sacra Vasa, Calices, & Patinas, & eiusmodi res non probant non probi
Nabucdonosor, Balthasar, Iulianus Imperator, Habdaldas Saracenorum
princeps, Casimirus, Ariani, Donatistæ, Vualdenses, Albigenes. Quos iure
optimo execrantur Christiani omnes iuxta Diuinas Scripturas, & statuta
hæc Sanctissimorum Apostolorum: Vas aureum, vel argenteum, uel ue-
lum sanctificatum nemo amplius in suum usum conuertat. Hoc enim fit
præter ius, & leges. Siquis deprehensus fuerit, mulctetur. Idem corroborant
Diui PETRVS Apostolus, IACOBVS Apostolus, & MARCVS Euange-
lista suis in Liturgiis. D. CLEMENS Primus: Calicem ad præferendum
sanguinem præparatum cū tota munditia ministerij minister præparet, ne
non bene lotus calix Diacono peccatum fiat, offerente. D. SIXTVS Pri-
mus: In hac sancta Sede Apostolica a nobis, & reliquis Episcopis, ceterisque
Domini Sacerdotibus statutum est, ut sacra vasa non ab alijs, quam a sacra-
tis, Dominoque dicatis contrectetur hominibus. Indignum enim ualde
est, ut sacra Domini Vasa, quæcunque sint, humanis seruiant usibus, aut ab
alijs, quam a Domino famulantibus, eique dicatis tractentur uiris, ne pro-
talibus præsumptionibus iratus Dominus poenam imponat populo suo.
D. IRENAEVS: Quando mixtus calix, & fractus panis percipit uerbum
DEI fit Eucharistia Corporis, & Sanguinis Domini. Tertullianus: Præ-
cedant ipsæ picturæ calicum uestrorum. Cui ille. Si forte patrocinebatur Pa-
stor (Hermas) quem in calice depingis. Ad hæc accedunt Concilia multa,
ut multos Patres, Doctores, Theologos silentio præteream, Concilium
enim Romanum: Nullus lector, uel Ostiarius uasa sancta contingat. In-
de Oecumenicum Nicænum: sit in unaquaq; Ecclesia procurator & cum
eo alij, qui curam habeant Vasorum auri & argenti, & uestimentorum &
ornamentorum Ecclesiæ. Deinceps Laodicense: Non oportet subdiaconos
locum habere in Diaconis, & sacra Vasa tangerē. Eadem prorsus corro-
borant Concilia plurima, tum Græca, tum Latina. Sed hæcenus lu-
cide Orthodoxia Ecclesiæ uerbo DEI suffulta, & roborata patuit,

Lutherus.

*Anglicani.
Oecolampad.*

*Sacrorū usum
forum usus
approbatur.*

Cocius.

Apostoli.

Anno 80.

Anno 117.

Anno 180.

Anno 200.

Anno 320.

Anno 325.

Anno 370.

*Consola pro
laborā. c. 6.*

*Ap. Fen. 1.
l. des. T. in
Theom.
l. 3. ca. 5. de
V. D. inc.
ap. Reff.*

Art. 10.

Cano. 72.

Ep. 2.

Ep. 2.

Lib. 5. c. 7.

*De pur. di-
cit. ca. 7. c.
10.*

Cap. 9.

Cano. 63.

quam quidem olim comprobantur, & commendantur in suo quicunque sit canone, Iconomachi haeretici, Hussite, & quicunque schismatis arguuntur, a quibus haeretici alioquin Adiaphoriste, & alii hac in re haud quam repugnant.

Sacra Vestes affirmantur.

Coccinus.

Alanus.

Synodus.

Synodus.

Lindanus.

Anglicani.

Thuris usus admittitur. Coccinus.

Apostoli.

CDVI.

Sacras Vestes Pelagiani, Vandali, Vualdenses, Piggardi, Vuitembergenfes, Proclus, Vandalus Ziska Hussitarum dux, Lutherus, Oecolampadius, Zuinglius improbant. Quas orthodoxe probant Christianae Ecclesiae legitimi filii Catholici ab ipsa tempestate sanctissimorum CHRISTI Legatorum: Diuus nam CLEMENS illorum Discipulus ita quidem scriptis statuit: Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate corrupta, incendio dentur. Quoniam non licet ea, quae in sanctuario fuerunt, male tractari, sed incendio inuicem tradantur: Cineres quoque in Baptisterio inserantur. Nemo per ignorantiam Clericus palla mortuum credit obuolendum, &c. Palla, & vela, quae in sanctuarii sordidata fuerint ministerio, Diaconi cum humilibus ministris iuxta Sacrarium lauent non eicientes foras a sacrario uelamina Dominicae mensae, ne forte puluis Dominici corporis malis decidat a Syndone foris abluto, & erit haec operanti peccatum, Synodus insuper Romana sub anno 320. ut Diaconi plus uel amplius per parochiarum examen, nisi duo, & Diaconi Cardinales uerbis Romae septem, ita tamen, ut Dalmaticis uterentur, & linostmia leuam eorum tegerent. Concilium praeterea sacratissimum Nicanum Primum sub anno 325. Ut sit in unaquaque Ecclesia procurator, & cum eo aliis uero qui curam habeant prouentuum, & reddituum Ecclesiae, & deinde uillarum, & sementis, & sumptuum & Vasorum auri, & argenti, & Vestimentorum, & ornamentorum Ecclesiae. Sed ante haec antiquissima Concilia Praesulum Ecclesiae Oecumenicorum extant luculentissima testimonia, & fidelissima Diuorum ANACLETI Episto. pri. anno 84. PII. Epist. Sec. anno 147. SOTERI Episto. Sec. ann. 163. STEPHANI Episto. pri. cap. 3. ann. 255. Hos secuti sunt plures alii, ac omnes, item Concilia multa, atque etiam Doctores sacri Theologi eruditissimi, Patres, Sanctissimi, Diui ATHANASIVS Magnus, BASILIVS Magnus, AMBROSIVS, AVGVSTINVS, & ceteri. Quibus plurimum duo adstipulantur irrefragabilia uerbum scilicet DEI, & Ecclesiae Auctoritas. Quod quidem maxime & nimirum Catholice probant haeretici multi, & olim probauerunt nominatim Iconomachi in suo Constantinopolitano Conciliabulo resque huiusmodi DEM sacratas diripere nefas esse duxerunt inde Hussitae, postea Euangelicorum quidam & denique Adiaphonistae, & Anglicani haeresis Anglicanae ministri non improbant.

CDVII.

Thuris usum in Diuinis officiis non probat Almaricus, qui idololatriam esse dicebat, in quo & si fauet illi Lutherus anceps tamen euadit, num adhiberi, uel omitti debeat, non concludit, & sic Adiaphonistarum dux constitutus Thuris usum non reprobatur, uerum enim uero Graeci absolute, & Catholice hoc sine ambiguitate probant, nec ab his abhorrent Vicleuistae, ac Hussitae, ex Haeresi subsequente protinus conijcere licebit. Caterum ex Catholicis Patribus & Traditionibus Apostolicis Thuris incensiq; pius usus, quem Patriarchae prophetae, & ueteris Testamenti Sacerdotes semper adhibuerunt, semperque probauerunt, approbatus dignoscitur. Ne liceat, inquit, aliquid aliud ad Altare offerre, quam oleum ad luminare, & incensum tempore sanctae Oblationis. De quo incensu thymiamate, & thure multa habentur in sacris Diuorum Apostolorum PETRI, IACOBI & Euae

Ar. 2. & li. 8. arti. 3. de Sig. Ecc. Dial. 4. ca. 15.

Epist. 2.

Can. 3.

Can. 63. Arab.

In dubit. Dial. Ap. Fen. 1. de 8. Trm.

Art. 12.

Can. 21. Apostol.

Euāgelista
Sancti.
Apostolicus.

Pont. Max.

Pont. Max.
Pater.

S. Pater.
Patres.

Concilium.

Cœremonie
in Missæ Sa-
crificio com-
mendatur.
Coccinus.

D. Clemens

D. Dionys.
D. Egessipp.

D. Iustinus

D. Clemens

Tertullian.

gelistæ MARCI, ac Sanctorum Basilii, IOANNIS Chrysofomi, & aliorum Liturgijs, ex quibus in usus fuisse tempestate Apostolica, & primitiua Ecclesia luce meridiana clarius dignoscitur: Vnde D. DIONYSIVS D. PAVLI Discipulus scribit: Pontifex ubi orationem sanctam super Altare Diuinum peregit ipse incensum adolere inchoans, omnem fani ambitum circuit. Huic succedit proximus D. SOTER Pontifex Oecumenicus Ecclesiæ CHRISTI qui Epistola secunda constituit, ut nulla Monacha pallam sacratam contrectaret, nec incensum poneret in sancta Ecclesia. Id quod D. DAMASVS in medium produxit. Deinceps Diuo SOTHERO succedit Diuus HIPOLYTUS Martyr: Lugebunt Ecclesiæ luctum magnum: quia nec oblatio, nec suffitus fiet. Ad hunc accedit tempore, & sententia. D. CYPRIANVS Martyr, itidē Diui succedunt de inceptu BASILIVS, AMBROSIVS, GERMANVS, MAXIMVS, LEO, FVLGENTIVS, GREGORIVS, Poetæque Christianissimi, & antiquissimi idem cōcinnunt, Iuuenus, Prudentius, Sedulius, & multi alii Patres, & Doctores Ecclesiæ Christianæ, Diuinis scilicet Litteris admoniti, Euāgelicis erudimentis instructi, Apostolicis Traditionibus imbuti, Spiritus Sancti interiori inspiratione locutione, ac disciplina edocti. Quamobrem eodem summo Ecclesiæ CHRISTI Doctore Paracleto auctore iam olim a Pontifice Ecclesiæ institutum & ex seculis præterlapsis in Concilio Rothomagensi hoc idem hoc modo statutum est: Vt tempore quo Euāgelium legitur finitoque Offertorio super oblationem iucensus in mortem uidelicet Redemptoris nostri ponatur, dicimus.

Ec. Hic. ca.
3.
Ep. 2.
In Sole.
Or. de Ant.
Do stel. &
mag.
Ap. Buchy.
l. 3. c. 227.

CCCCVIII.

Cœremonia sacrosanctæ & mysticissimæ diuæ Missæ omnes improbat, & negant Agonichitæ, Vualdenses, Lutherus, Musculus, Bucerus, Zuinglius Calvinus, & alii Satanæ sãniones. Quos abominatur, tota CHRISTI Ecclesia & quidem ab initio, & ut patet in sacris Diuorum Apostolorum, Euāgelistarum, & Sãctorum Liturgiis. Ipsi præterea Apostoli cœremonias istas tradidere, Diuo CLEMENTE Romano teste, & relatore: Cuncti pariter cōsurgentes, & in Oriente spectantes, egressis catechumenis, & pœnitētibz precentur DEVM, qui ascendit super Cœlum, Coeli, idque ad Orientem: unde primus homo neglecto Dei mandato consilio serpentis eiectus est. Iterum: Ante omnes respondeant pueri, & inclinantibus eis capita benedicat Episcopus ordinatus huiusmodi oratione &c. Rursum: Postquam se si gnauerint in nomine Dei Patris per Christum eius, seque inclinauerint, accipiant ab Episcopo benedictionem. Areopagita præterea plura habet de cœremoniis Apostolicæ Ecclesiæ quo tempore idem claruit, quam hic referre queam. Huic proximus omnino subsequitur D. EGESIPPVS: Iacobus iustus (Apostolus) fixis genibus pro populo deprecabatur in tantum, ut camelorum duritiem traxisse eius genua uiderentur. Huic successor est proxime D. IVSTINVS Martyr: Quis vestrum ignorat, prælationem eam maxime flectere Deum, quæ ad commiserationem mouendam lachrymis est comparata ab eo, qui supinus prouoluitur, aut ingenua procurabat? Diuus CLENENS Alexandrinus: Caput & manus in Cœlum extendimus, & pedes excitamus in ultima acclamatione orationis promptitudine, & claritate Spiritus assequentes essentiam, quæ apprehenditur intelligentia, & una cum uerbo corpus a terra abducere conantes erectam, & eleuatam animã, desiderio meliorum cogimus in sancta progredi, magno animo carnis iunculum despicientes. Tertullianus qui eodem quo hic tēpore floruit: Suscipientes Christiani manib. expãsis, quia innocuis: capite nudo, quia nõ erubescimus: deniq; sine monitore, quia de pectore oramus &c. Huius clarif. D.

Ar. 14. 25.
Cœ.
Const. Apo.
l. 2. c. 57.
De Ecc.
Hier. Cœ.
Lib. 5. com.
Dia. cū Ty-
phon.
L. 7. Roma.
In Apo. ca.
30.

D. Cyprian. CYPRIANVS Martyr: Adorans nec illud ignoret quemadmodum in templo cum Phariseo publicanus orauerit, nec alleuatis in Cœlum impudenter oculis, nec manibus insolenter erectis, sed pectus suum pulsans, & peccata intus inclusa contestans, Diuinæ misericordiæ implorabat auxilium.

D. August. D. AVGVSTINVS huic concordat omnino: Si falsum est, unde quotidie tundimus pectora? quos nos quoque Antistites ante Altare assistentes cum omnibus facimus? D. MAXIMVS: Tunc citius nostra exauditur oratio cum CHRISTVM, quem mens loquitur, etiam corpus imitatur. Hoc etiã exemplo Moyses sanctus, contra Amalech bellum gereret non armis, non facto, sed eleuatis ad DEVM manibus eum superauit. Cum his consentiunt reliqui Orthodoxi ut pote Diui BASILIVS, IOANNES Chrysostronus, HILARIVS, AMBROSIVS, HIERONIMVS, GREGORIVS, & ceteri. Nec immerito cum de Cæremonijs exempla, & traditiones Scripturæ sacre, Patriarcharum, & Prophetarum, Apostolorum, Euangelistarum, & uniuersæ primitiue Ecclesiæ habeantur, quæ replebatur Spiritu Sancto, & Apostolicam plane doctrinam referebat, & immaculatū, & prorsus intemeratū, & irreprehensibilem cultum retinebat, quam quidem quicumque penitus non assequitur, Christianus non est, sed infidelis omnino, & diabolicus hæreticus. Præterea nulla umquam fuit Religio, quæ cæremonijs careret, quibus nec ipsi Turcæ Lutheranis, & Calvinianis longe meliores carent. His præterea subijciam quod uir Ethnicus, & a Christianis laudatus laudat Christianum morem orandi ante lucem, Hymnos CHRISTO canendi, & eiusmodi utendi cæremonijs. Hunc eximie imitabatur eodem seculo Marcus Aurelius Imperator: Aequum est, scribit quos impios, & a Diis alienos esse suspicati sumus, ut eos norimus DEVM in conscientia suapte sponte illapsū atque ibi inclusum habere. Nam proiicientes se in terram non pro me tantum sed pro exercitu, qui tum ibi aderat, uniuerso precati sunt, ita ut nobis solatio esset in præsentia fame, & siti: in quintum enim iam diem aquam, quod ea defecisset non ceperamus. Nā in meditullio Germaniæ in medio hostium eramus: simulatque illi in terram sunt prouoluti, & DEVM preceatione innouatunt, quem ego ignorabam, aqua de Cœlo est consecuta. Ecce DEVS comprobatur miraculis euidentissimis modum orandi, ritusque Christianorum cum eorum preces tali cærimonia, quali utebatur cetera Ecclesia, suas exaudit, mirabili fauore prosequitur, quem ritum, sicut & alios Diabolus per suos sectatores hæreticos infestatur, detestatur, traducit subsannat, sugillat, atque etiam execratur, detestatur, maledicit. At contra hos Ethnicos Ethnico pro ludo habent, sic inter Hussitas Ioannes Pzribravus inuehitur: Totus & ordo communiter sacrificandi, seu missandi, ex Sanctorum Traditionibus, tamquam ex auris massis, & pretiosissimis gemmis decentissime elaboratus, & cõportatus, & cultu diuinissima Eucharistiæ & eius honori, & magnificentia saluberrime, & sapientissime adoptatus in suis singulis ritibus, & moribus uidelicet, ingestu, signis, & habitu, seu uestimentis cõsuetus a cunctis Sacrificantibus est obseruandus, & absque ineuitabili necessitate a Christi Sacerdotibus non est prætermittendus, sed opere tenus exequendus &c. Ioannes Vuicleus, libro de Potestate Papæ approbat omnia ornamenta suprascripta declarans maximam utilitatem morum, & uirtutum pro eadem designari. Item Apostasia cap. 18. probat totum ritum Missæ a principio fere usque ad finem, dicens eum egregiū, & egregie declaratum, concludens de omni ritu illo, & dicens: Certū est, quod omnia talia de tãto sunt laudabilia, de quanto excitant, ut Christus plus ametur. Hæc ille erubescat ergo discipulus a magistro suo, & in hoc sit sicut magister eius Vuicleus Missas suas ritu, & forma Ecclesiæ, faciunt idem Thaboritæ, vel confundantur dici Vuicleuistæ. Hucusque ille, qui suprascripta a me satis superque probat, probant & Bohemi bifidis Ecclesiis diuisi, qui omnes, uel

de Or. Do.

ser. 10. nit.
co. Hom.Hom. 3. de
f. l. p. v.Ep. ad Tra.
de Cbr.Epi. ad sen.
Rom.In conf. fid.
sua c. 28. tit.
Iedec. 3. ar.
de sig. Ecc.Orat. de
m. Eccles.

fere omnes ritus ut loquitur sectarius qui hoc uidit prius posteriusque. scriptis testatus est, Pontificios retinent. Iterum idem Lutherus ipse, inde non repugnant Lutherani ipsi, qui hoc confitentur: Retinetur Missa apud nos, inquit, & summa reuerentia celebratur. Seruatur & usitata coe'remonie fere omnes, praeterquam quod latinis ca'tionibus admiscetur alicubi, Germanica, quae additae sunt ad docendum populum. Denique Anglicanae heresis ministri Coenae Dominicae initio, publica peccatorum confessione sese exonerant: decantant, Gloria in excelsis Deo, &c. Euangelium in Ecclesia Romana consuetum: Symbolum Nicenum: Praefationem, cuius est initium, Per omnia secula seculorum, sursum corda, Gratias agamus, Vere dignum, & iustum est, Sanctus, proferunt: & illa ex Canone Missae uerba. Qui & nocte qua tradebatur, & cetera in Missali libro Romano contenta.

CCCCIX.

Ecclesiasticas coe'remonias pro libertate, uel haeretica, uel satanica, qui eadem excutiunt Vigilantius, Vuicleuus, Caluinus, & recentiores haeretici Lutherani, Caluinitae, Anabaptistae, Trinitarii & similes. Eas uero probant, ac probarunt Apostoli, Euangelistae, Discipuli, Apostolici, Martyres, Patres, Doctores, Theologi, sapientes, & omnes Christiani, Catholici, & Orthodoxi, quos tribus allegatis Conciliorum sacrorum testimoniis facile, & fideliter indicabo: Sacrosanctum enim Concilium Nicenum Primum, quod omnes Christiani loco Euangelii semper habuerunt, haec statuit: Sunt quidem in Dominica die oratione genua flectentes, & in diebus Pentecostes, placuit de hoc sanctae magnae Synodo, cunctos in omnibus locis consonanter, & consentienter stantes Dominum adorare debere. Inde Trullense: Si quis immaculati in Synaxis tempore esse particeps uoluerit, etiam antequam eius fiat communio manus in Crucis formam figurans sic accedat, & gratiae communionem accipiat. Deinceps Turonense Tertium: Sciendum est, quod exceptis diebus Dominicis, & illis solemnitatibus, quibus & uniuersalis Ecclesia ob recordationem Dominicae resurrectionis, solet stando orare, fixi in terram genibus suppliciter Dei clementiam nobis profuturam, nostrorumque criminum indulgentiam deprecandum est: cuius rei in Euangelio ipse Dominus nobis dedit templum, sed & Stephanum Martyrem, & Apostolum Paulum eadem fecisse, liber Actuum Apostolorum testis est. Ex quibus intelligi datur oportere Christianum humiliter ad terram prosterne, ne forte illi dicatur. Quid superbis terra & cinis? Haecenus, ex Conciliis, quibus addere licet Origenis testimonium utique fidele, & probatissimum: In Ecclesiasticis obseruationibus sunt non nulla, quae omnibus facere necesse est, nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam quod (uerbi gratia) genu flectimus orantes, & quod ex omnibus Coeli plagis ad solam Orientis partem conuersi fundimus orationem non facile puto cuiquam esse rationi compertum. Sed & Eucharistiae, seu percipiendae, seu quo ritu genitus explicandae, uel eorum quae geruntur in Baptismo uerborum, gestorumque, & ordinum, at quae interrogationum, & responsionum quis facile explicet rationem? Et tamen haec omnia opera licet, & ueluta portamus super humeros, cum ita implemus ea, & exequimur, ut a magno Pontifice CHRISTO, & a filiis (nimirum Apostolis) eius tradita, & commendata suscepimus. Ecce Origenes CHRISTVM, & Apostolos Ecclesiasticarum coe'remoniarum agnoscit, & confitetur Auctores quod & fatentur Diui DIONYSIUS Eccles. Hier. c. 1. CYPRIANVS sen. de ablut. ped. HILARIUS lib. 6. de Trin. AMBROSIVS de myst. c. 5. IOANNES Damascenus lib. 4. c. 13. 41. c. 17. Vulgarius Op. Pan. & plerique alii. Quos profecto sectantur Hussitae, ut haecenus clare conicere licuit, Graeci schismatici, pluribus quam Romani Coe'remoniis utuntur: Lutherani denique inuitis Caluino, & Brentio

Lutherus.
Lutherani.

Seuardent.

Coe'remonie
Ecclesiasticae approbatae.
Bunderius.

Concilium.

Synodus.

Synodus.

Origenes.

De test.
prac.
Confes. Luther.
Aug.

Lib. 1. de S.
Trin.

Coped. Tit.
27. art. 1.

Cano. 20.

Cano. 101.

Cap. 37.

Ha. 5. sup.
Nume.

<i>Bellarmin.</i>	non omnes Coeremonias reijciunt, item fatetur Ecclesiam posse statuere de his caeremoniis, quae habentur in Scripturis certum ordinem, & modum, quo seruari debent, ne sit confusio. Fatentur quoque posse Ecclesiam instituere aliquas caeremonias ad eruditionem, & splendorem Ecclesiae modo absit obligatio, pro libertate scilicet Diabolica, & opinio cultus, quominus nempe superstitio non adsit haeretica. Ad haec Lutherus dicit. Solus Sacerdos Missam audit totam, magno scilicet eo Sacramento, quod CHRISTVS verus Sacerdos, quamquam multa operatur in Ecclesia per externa Sacramenta, & visibiles Coeremonias, in quibus ei fideles concinnant, & cooperantur. Inde Potestantes Lutheranae impietatis: Placet nobis, ut uniuersales ritus propter tranquillitatem seruentur. Sicut & nos in Ecclesiis ordinem Missae, diem Dominicum, & alios dies festos celebriores libenter seruamus. Et gratissimo animo amplectimur utiles ac ueteres ordinationes, praesertim cum contineant paedagogiam, qua prodest, populum & imperitos assuefacere & docere. Idemque ac his similia rursus alibi inculcant, ad monent, ac docent. Postremo Coeremoniis in Missa, in Sacramentis, in cantu, & in similibus passim utuntur Angli.	<i>Lib. 2. c. 20 de effectu Sacram.</i>
<i>Lutherus.</i>		<i>Dater. prac.</i>
<i>Fouardent.</i>		<i>In Thom. Calu.</i>
<i>Certa loca, & tempora celebrandi a ieiuniis, seruanda. Coccius.</i>	CCCCX.	
<i>Pont. Max.</i>	Vualdenses, Lutherus, Caluinus & alii, quos paulo ante adduxi, Offertorium, Canones, certa celebrandi tempora, loca, non ab omnibus, sed a ieiunii tantum celebrari fas esse spernunt, & abigunt. Quorum irrationabiles delirationes, stulta consilia, & fanaticas persuasiones displodunt electi populi Christianitatis, fideles filii Ecclesiae Christianae Catholici quemadmodum patet cuique erudito. Namque D. CLEMENS Primus: Oportet nos agnoscere uoluntatem Dei, ubi & agendi, & sacrificandi est locus. Quoniam & in aliis locis sacrificare, & Missas celebrare non licet, nisi in his, quibus proprius Episcopus iusserit. D. ANACLETVS: Deo perfecte sacrificantes, non debent uexari, sed portari, consolari, atque ab omnibus uenerari. Ipsi autem quando Domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Domino perfecte in sacratis Deo sacrificare locis probentur. At namque Auctoritas Diuinae legis. Vide ne offeras holocaustum in omni loco quem uideris, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus. Deut. 12.	<i>Art. 14. 15 16. 17. 18. 19. 20.</i>
<i>Pont. Max.</i>		<i>Ep. 3.</i>
<i>Pont. Max.</i>		<i>Epist. 1.</i>
<i>Concilium</i>		<i>Epist. concil. Rom.</i>
<i>Concilium.</i>		<i>Can. 58. Ap. Brach. lib. 3. c. 86.</i>
<i>Papa.</i>		<i>Epist. 1.</i>
<i>Papa</i>		<i>Ep. 1 ad Caloph.</i>
<i>Martyr.</i>		<i>Ep. 63.</i>
<i>Papa.</i>		<i>Apud trin. lib. 5. c. 25.</i>
<i>Concilium.</i>		<i>Cap. 20.</i>

Concilium.

*Lut. emb.
Lutherus.*

*Angeli in
Sacrificio
Missæ præ-
sentes ad-
sunt.*

Coelamp.

Lutheri.

Græcus.

Latinus.

Areopagite.

Apostolus.

Hussus.

Nam si aliquorum pro meridiano tempore defunctorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, iam pransi inueniantur. & Hipponense iubet, vt a ieiunis Altaris Sacramenta celebrentur. Sunt præterea & multa alia Concilia, & Orthodoxorum dicta quibus Christiani abundant, hæretici uero laborant, & tanquam infideles non credunt. Tamen quidem hoc olim hæretici, & hæresiarchæ, ac postea alii eorum posthumi probauerunt Vuicleuistæ, Hussitæ, Adiaphoritæ, Anglicani, Lutherus cum discipulis, & alii inter quos Græci ceteros percellunt & hætenus Ecclesiasticam consuetudinem maxime approbant, & striete hætenus seruant: de quo nemo (ut liquet) dubitat, quod etiam palam hucusque demonstratum est.

CCCCXI.

Tantum abest, ut Angelorum præsentia Sacramentiperdæ siue uetusti siue recentes, in sacratissima Missæ Sacrificio agnoscant, quod etiam negata ibi uera CHRISTI præsentia potius dæmones præsenteadesse, quã Angelos, confitentur, nec quidquam eos mouet complurium coelitum reuelatio, Diuina miracula, sanctorum Patrum assertio, & Orthodoxorũ plenus consensus. Quem uel scriptis quidem quidam ex illis patefecerunt, ut puta D. IOANNES Chrysoſtomus qui in hũc modum scribit: Papæ mensa mysteriis instructa est, & Agnus Dei pro te immolatur. Sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa refluit, Seraphim astant sex alis faciem te gentia, omnes incorporeæ uirtutes pro te cum Sacerdote intercedunt, ignis spiritualis e Cœlo descendit, sanguis in cratere in tuam purificationem ex immaculato latere haustus est, non erubescis, reuereris, & confunderis, neque Deum tibi propitium facis: Et iterum: Dum profertur Sacrificium, & CHRISTVS immolatur, & ouis Dominica: cum audieris, oremus omnes communiter: cum uela uideris retrahi, tunc superne Cœlum aperiri cogita, & Angelos descendere. Ac rursum: Per id tempus & Angeli Sacerdoti affident, & Cœlestium Potestatum uniuersus ordo clamores excitat, & locus Altari uicinus, in illius honorẽ, qui immolatur, Angelorum choris plenus est, id quod credere abunde licet, uel ex tanto illo Sacrificio, quod tum peragitur. D. AMBROSIVS: Quanta Domine Iesu Christe cordis contritione, & lachrymarum fonte, quanta reuerentia, & tremore, quanta corporis castitate, & animæ puritate istud Diuinũ & Cœleste Sacrificium est celebrandum, ubi caro tua in ueritate sumitur, & sanguis tuus in ueritate bibitur, ubi summa imis iunguntur, ubi adest præsentia Angelorum, ubi tu es Sacerdos, & Sacrificium mirabiliter, & ineffabiliter constitutus. His autem fauet quod D. DIONYSIVS scribit. Sanctum CARPVM numquam diuina mysteria celebrare cœpisse, nisi prius sacra illi, ac propria uisio nempe Angelorum apparuisset. Fauet & huic quod D. PETRVS Primas Apostolorum ait, lube hoc administrari per manum Sancti Angeli: Hæc dicta sint aduersus illos hæreticos cum quibus non consentiunt Hussitæ, ut de Græcis interim sileam, namque hi libenter Chrysoſtomo subscribunt. Hussus enim suam hanc D. GREGORII Doctoris summi Orthodoxi, & ab Orthodoxis cunctis spectatissimi confirmat sententiam: Dicat ipse cum B. Gregorio, iquit, de uirtute, & mysterio Hostiæ salutaris, &c. Quis Fideiũ dubium habere possit, in ipsa immolationis hora ad uocẽ Sacerdotis Cœlos aperiri in illo IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI mysterio Angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena Cœlestibus iungi? Hætenus ille contra infideles hæreticos.

Cap. 30.

*Libr. 6. de
Euch. cat.
har.
In Colloq.
Ger. ca. de
Sacræ. Alt.*

*De verb. d.
in c. ex Ros.
De Mis. di.
et pas.*

*Serm. admo-
nit. de Euc.
in encoen.*

*Ho. 61. ad
Antioch.*

*Lib. 6. de Sa-
cerd.*

*Orat. præp.
ad Miss.*

*Ep. ad de-
moc.
In Liturg.*

*Ser. ho. in
exeg. Prag.
ad p opus.*

CCCCXII.

Sectarium Sacramentarium se fecit Lutherus suadente, & pandente amasio suo Satana, quando nec in Sacramento Altaris, & potissimæ nec in Missæ Sacrificio CHRISTVM adesse præsentem asseueravit; sed postea, ne amplius sibi contradicendo, aduersarius concordaret, redargutus, respuit & Catholicorum tutatus est partem, imo CHRISTVM non duntaxat in Missæ Sacrificio, sed in omnibus locis præsentem fecit, & ubique locorum summo furore correptus posuit, ut DEVS est in omni loco. Contra sentiunt Orthodoxi: Vt enim D. HIPPOLYTUS affirmat semper adesse in Missæ, seu Liturgiæ Sacrificio CHRISTVS, tantum non aderit in cõsummatione seculi, Pretiosum, inquit, Corpus & Sanguis CHRISTI non extabit in illis diebus: Liturgia extinguetur. Sanctissimus præterea Chrysostomus: Ad mensam ueniente Domino, eos, qui Dominum offenderunt, adesse nõ oportet, sed procul arcentur: ita scilicet, & hic dum profertur Sacrificium, & CHRISTVS immolatur, & ouis Dominica. D. AMBROSIVS appellat CHRISTVM Sacerdotem, & Sacrificium. D. AVGVSTINVS plus his addit, dum dicit: Ipsum Sacrificium Corpus CHRISTI est. Cum insuper Apostoli, Euangelistæ, & Sancti in Liturgiis, Deum precentur, ut transferatur panis in Corpus CHRISTI, & vinum in Sanguinem, patet quo hi CHRISTVM in Sacrificio Missæ uere adesse præsentem firmiter crediderunt. Ad hæc Orthodoxi omnes credunt, & confitentur CHRISTVM in Coena sua Corpus suum, seque ipse uere Apostolis in cibum salutare exhibuisse, & in Liturgia Ecclesiæ, ac Missæ consecratione exhibere, ergo procul dubio ipsissimam præsentiam, ipsissimũ CHRISTVM ibi adesse procul controuersia indubitate senserunt. Quod autem uere, & certe sit CHRISTVS in Sacrificio Missæ præsens corporee, ut in Catholica Ecclesia creditur, & docetur, ita in Schismatica, Hussitica, Vuicleuista, & Martinianista, quemadmodum hæcenus patefactum est, affirmatur. In quo quidem Diaboli argumentum illud satis ad rem facit, quod qui aduentus & præsentia CHRISTI in Missa diuexatus, multis suavit Lutherum, ut Missam pro uiribus abrogandam prædicaret, cuius magistri uotis paruit, & satis superque fecit eius discipulus scilicet Lutherus. Quod non sic fecit ante mille, & ducentos annos uir Catholicus, & Orthodoxus Synesius, qui fidelis, & constans in fidei perseverantia Christianæ permansit, nec Satanæ strophis acquieuit, nec eius dicto audiens fuit, quemadmodum ipse testatur: Aggreditur me tentator, ut Altaris Liturgiam relinquam. Hæc is qui ut magis diuexaret Satanam, & communicare & celebrare Christianissime renuit, cū præsentem perspiceret filios ipsius Satanæ hæreticos: Multum aberit, inquit, ut in communionẽ arcani Sacrificii recipiamus, qui partem habere uoluerit cum Andronico, & Thoante. Ex quibus licet animaduertere partem hæreticorum, & mēdaciorem omnium credidisse, ac sentisse CHRISTVM Missæ Sacrificio præsentem adesse, id per quosdam discipulos, & filios negasse, per alios uero negare non potuisse.

CCCCXIII.

Negat impudentissime idea Lutheranorum hæreticorum Diuinissimam Missam Sacrificium esse, & si malle decies mori, quã hoc semel fateri garrat, aseritque Lutherus esse Sacramentum, ac Testamentum, hoc idẽ collega eius Bucerus garrat. Quod refellunt Catholici omnes, & omnis Dei Ecclesia, nec immerito, quemadmodum multum Orthodoxe patet ab Henrico Octauo Rege Anglorum, a Beatis Ioanne Roffensi, & Thoma Moro. CHRISTI Martyribus, sed D. CLEMENS Primus Apostolorum sectator

Christus in
Sacrificio
Missæ adest
Lutherus.
Ioannes Let
danus.
Fontanus.

D. Hippol.

D. Ioannes.

Lutherus.

Synesius.

Missæ est Sa
crificium.

Roffensis.
Colonens.
Henricus.

Morus.

Ep. ad Vual
denf. lib.
de 3. sp. priu
In Hist. Ca
thol.

De Conf.
munã. Ora.

Hom. 61.
ad Anice.

Orat. prep.
ad Miss.
De ciu. Dei
Li. 22. c. 10

Intro. colloq.

Ep. 57. 58.

Cont. Capt.
Bab. cap. 5.
In Antidid.
Assert. sept.
sacram.
Lib. com.
Luther.

Missam uocat Sacrificium. D. IGNATIVS Discipulus D. IOANNIS Apostoli uocat Sacrificiū. D. IVSTINVS, D. IRENAEVS, D. BASILIVS, D. AMBROSIVS, D. HILARIVS, D. GREGORIVS uocat Sacrificiū, omnes Orthodoxi Patres, Apostolici Discipuli, Sancti Martyres, Doctores sacri, Theologi, Pontifices Ecclesiae Maximi, Concilia, & uniuersa Ecclesia appellat Sacrificium; ergo his non uni inconstantissimo, notatissimo, & toto orbe damnatissimo Luthero credendum expedit. Quin imo magis expedit, & rutilius est Orthodoxorum gnatorum omnium sententia unum audire D. AVGVSTINVM, quā quingentos Lutheros, sexcentos Melanthones, octingentos Buceros, mille Pomeranos, & duo mille Hunnios, a quibus non nisi propemodum omnia, uel saltem pro certo plurima portenta opinionum, inconstantiarum colluiones, mendaciorum epilogi, falsitatum uetustatum epitomæ, imperitiarum, nugarum, sophismatum, impudentiarum, syncophantiarum, conuitorum, contumeliarum, blasphemiarum, hæresum farragines, chaos, & cathalogi in medium proferuntur, in quibus nimirum perditis moribus, uitiis turpibus, scelerosis facinoribus, doctrinis dæmoniorum, notis, neuisque Antichristi, ac foetidissimis, & pestilentissimis Satanæ excrementis ipsos Sacramentarii, & Calunitæ longe exuperant. Audiam itaque contemptis his monstris inferorum D. AVGVSTINVM Orthodoxorum Doctorum omnium facile significum, os SPIRITVS SANCTI merito nuncupandum, ueram Ecclesiae linguam a sapientibus uocatum, & ab ipsa Ecclesia uas sapientiæ, lucem Doctorum, & malleum hæreticorum iure appellatum: Verus ille Mediator, in quantum formam serui accipiens, Mediator effectus est DEI, & hominum homo CHRISTVS Iesus, cum in forma Dei Sacrificium cum Patre sumat, cum quo & unus DEVS est: tamen in forma serui Sacrificii cum maluit esse, quam sumere, ne uel hac occasione quisquam existimaret, cuilibet sacrificandum esse creaturæ Per hoc, & Sacerdos, & offerens ipse, & oblatio. Cuius rei Sacramentum quotidianum esse uoluit Ecclesiae Sacrificium: quæ cum ipsius capitis corpus sit: seipsum per ipsum discit offerre. Huius rei Sacrificii multiplicia uariaque signa erant sacrificia prisca Sanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tamquam uerbis multis res una diceretur ut sine fastidio multum commendaretur. Huic summo, ueroque Sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt. Et aliubi: Cū Melchisedech Abrahamæ benediceret, ibi primum apparuit Sacrificium, quod nunc a Christianis offertur DEO toto orbe terrarum. Hactenus ipse, quia idem aliis locis constantissime roborat, & sapientissime tradit, item ceteri consentiunt Orthodoxi, inde Græci, & hæretici quos supra in medium attuli: post ipse Lutherus de Sacerdote loquens, ait: Sacerdos cum populo, orat, ieiunat, sanctificat. Et Lutherani. Missa Sacrificii nomine gloriatur, a multis retro seculis, nequeus quam ab aliquo impugnata est, hoc quidem nomine. Sed utcumque sit nolumus hic multis contendere. Bucerus deinceps Lutheri alumnus cum D. THOMA Aquinate & aliis Sacrificii nomen agnoscit. Oecolampadius denuo apud Schimum edidit libellum, ut Erasmus scribit, in quo dicit non esse periculum, si quis Missam appellet Sacrificiam. Quinimo si Ecclesie Orthodoxia fatenda sibi daretur, plene fatetur, Totus Orbis iungatur, ut Sacrificet, & omnes mensæ.

De C. D. li. 10. c. 20.

Li. 16. c. 22
De C. D.
Lib. 85. q. c.
61. ser. 4. do
in.
Ref. de Ind.
concl. 26.
Dial. 2. lib.
Defens. ad
Ep. Abrinc.
lib. 1. Dia.
li. 3. c. 5. de
v. D. in c.

Discuf. art.
de Mis. con.
Augu.

CDXIV.

Optime optimus Orthodoxus Cochlaeus asserit. Nemo dubitet, hoc in nouis sectis contra Missam odium non aliunde quin a Diabolo per strenuos nouæ fidei præcones introductum esse. Quia nullum est aliud opus religionis Christianæ in uniuersa Ecclesia, quod sit uel Deo acceptius, uel Diabolo magis cōtrarium, quam celebratio Missæ. Ideo sedulo ac solcite instigauit

D. August.

Lutherus.
Hoffmeisterus.
Bucerus.
Hoffmeisterus.
Oecolamp.

Missæ est cō
memoratio
Sacrificij a
Christopora
Eti.
Iohannes.

Protestantes.

Lutherum organum suum selectissimum, ut orationis protestationibus assereret, Missam esse non solum Sacrificium, sed nec etiam Sacrificii a Christo peccati commemorationem. In quo impietatis contra verbum Dei dogmate sectata sunt illum hæresum confessionis Augustanæ consarcionatores Christus: inquit impij, iubet facere in sui memoriam, quare Missa instituta est, ut fides in his, qui utuntur Sacramento recordetur, quæ beneficia accipiat per Christum, & erigat, & consoletur pauidam conscientiam, &c. At nos facile accipimus, Missam esse commemorationem Sacrificii in cruce peracti. Audimus a CHRISTO: Hoc facite in meam commemorationem. Audimus a D. PAVLO: Quotiescumque manducaueritis, & mortem DOMINI annunciabitis. Quid autem est mortem CHRISTI annunciare, nisi passionem & mortem qua CHRISTVS passus est, dum seipsum PATRI in Sacrificium obtulit, memoriæ commendare. Audimus præterea eiusdem eximium Discipulum D. DIONYSIVM, in Synaxi sacratissima Dominicæ Passionis renouari memoriæ asserentem. Audimus insuper Omniscium & omnipietate splendens D. THOMAM affirmare sacrosanctæ Missæ Sacrificium Dominicæ Passionis memoriale esse. Audimus celeberrimos Sanctos Patres, Doctores, Theologos, & Ecclesiam uniuersam ita credere, & ita tradere iuxta uerbum Dei, & ideo illud fideliter accipimus, & indubitate tenemus. In quo quidem non solum veritatis Doctores idem docere aduertimus, sed illud quoque ab ipsis hæreticis, qui alioqui falsitatis ac mendacii sunt præcones, probari sentimus. Namq; hæresiarcha Pelagius sic Catholicæ sententiæ fauet. Quotiescumque bibetis, in meam commemorationem: Ideo hoc Saluator tradidit Sacramentum, ut per hoc semper commemoremus: quia pro nobis est mortuus. Huic autem subscribit Pomeranus. Cõuenimus, accipimus, (panem) & adimus Corpus Christi, in commemoratione Corporis Christi pro nobis in cruce mortui. Ut autem omittantur & alios hæreticos, sat esse censeo, unum Zuinglii testimonium a nobis contra Lutherum pugnantis. Etsi enim Zuinglius nolit agnoscere Missæ Sacrificium, tamen constanter docet, Missam esse commemorationem Sacrificii in cruce peracti.

Aeropagita

Aquinas.

Pelagius.

Ioannes.

Ildoricus.

Missã priuata non est abolenda.

Lutherus.
Bucerus
Melanthon

Lutherus

CDXV.

Libellum, quo pestilentior, nocentior, nequior, execrabilior, ac detestabilior nulla uidit ætas scripsit, ac ei titulū dedit, de abroganda Missa priuata sine fine impius Lutherus, quem nequam Bucerus, Melanthon, & confessionistæ scilicet Augustani manibus & pedibus detestanda impietate & impia abominatione sectantur. Horum autem auctor nullo negotio quærendus est: cum enim aliarum hæresum auctor credatur esse Diabolus huius hæresis non solum creditur, sed etiam scitur Diabolus esse auctor: quæ admodum publicis scriptis serio eius amatus, discipulus Lutherus ipse testatur fusius quàm hic referri oporteat. Patet enim quod Antichristus cui uiam impij eius isti criminis præparant, omnem Missam abolebit, sicut prædixit Deus per Sanctum Prophetam dicentem. Tunc consumetur iuge Sacrificiū. Idem quod etiam Diui HYPOLITVS Martyr Christi, HIERONYMVS, AVGVSTINVS & alii complures sectantur. Ita autem eius hæresis auctorem habent Satanam, quod fateri (uelint, nolint) coguntur, ut et patres suos in eadem impietatis hæresi Græcos negare non possint. Quinto fateantur necesse esse priores Satanæ discipulos fuisse Græcos, se uero posteriores. Quam ob rem ad hanc uisibiliū & inuisibiliū demoniorum impietatem confirmandam multa allegant ex Græcis, quos nullus Christianus, nullus Catholicus nescit toties Satanæ traditos fuisse a Christi Ecclesia, quoties ab eadem per turpe schisma segregati sunt. Quorum schisma turpissimum CHRISTI abominatur Ecclesia, quorum

Conf. Aug.
ar. de Mis.In Lui 22.
6.1. co. 11.
Cas. Hier.
6.3.In 1. Cor.
prio, in cõf.
f. Ma.Cit. ab Hoff.
meiste. md.
conf. Aug.
an. de Mis.Lib. de Mis.
priuat.
in Ant. can.
colon. ant.
in cõf. Aug.
De ab. Mis.
in colloq.

Cochlius.

superbam infidelitatem omnis Christianitas execratur, quorum hæreses detestabiles & plane sacrilegas totus olim damnauit, & nunc orbis damnat Christianus. Ceterum ad hanc schismaticorum, & hæreticorum Græcorum ac Germanorū hæresim, quo Missas priuatim celebratas damnant, sic strenuus Christianæ fidei defensor Ioannes Cochleus respondet: Quantum ad Græcos, attinet, ritus eorum nobis obiici non debent, tū quia schismatici sunt, tum quia sub Turcis degunt, & iuris sui amplius non sunt. Constat autē ex Codice Iustiniani Imp. quod olim complures fuerunt Presbyteri in una & eadem Ecclesia, etiam apud Græcos. Quandoquidem in vna Ecclesia Constantinopoli tot fuerunt, ut Imperatores Honorius, & Theodosius lege publica statuerint, ne plures ibi, quam nongenti, quinquaginta Decani habeantur. Et post multa: semper & ubique licuit Presbyteris non excommunicatis, uel quotidie celebrare Missam. Cumque plures in una eademque Ecclesia essent Presbyteri, non potuerunt omnes Missæ eorum publice uno die, in una eademque Ecclesia decantari certe Romana Ecclesia etiam ante mille trecentos annos plusquam quadringentos habuit Presbyteros, que madmodum testatur Eusebius in Historia Ecclesiastica. Hactenus Catholicus ille aduersus illos impietatis assentatores, qui Diabolica hypocrisis Missam uno die communem ita probant, seu se probare gloriantur, ut omnes alias Missas quotidie celebrandas pessime abrogent. Quod Christiana professio non patitur. Si enim unam Missam utilem arbitrantur, quanta utiliores essent plures Missæ, quas ipsi iniuria reprobauerunt. Deinde una tantum Missa cum Sacerdotum, tum Laicorum piorum uotis satisfieri nequit, alia enim Missam sacrosanctæ Trinitatis, plures Deiparæ, multi defunctorum, plerique infirmorum, quidam ad huius uel illius Sancti honorem uel celebrare, uel celebrari cupiunt. Huc accedit, quod Laici piè petunt aliquando plures celebrari Missas defunctorum, seu pro defunctis, uel Dominicæ passionis, quorum pium uotum frustraretur, si una tantummodo Missa celebrari concedatur. Præterea creuit adeo Fidelium Christi multitudo, ut uel difficulter, uel nullo modo, uel incommode omnes unam Missam uidere, ne dixerim audire, quod multi desiderant, possent, sed nec etiam ad Templum opportune conuenire, commode manere, deuote orare, & apte meditari. Adde, quod Pontifex Oecumenici quadraginta annos ueniæ concesserunt iis, qui religiose assistunt, seu audiunt Missam, unde expedit plures Missas audire. Accedat, quod pia mulier, uel pius quisque uir libenter audit plures Missas utpote Passionis CHRISTI, SPIRITVS SANCTI, Virginis Matris & his similibus. Memoria Passionis Dominicæ quanto frequētior, & crebrior est, tanto gratior & acceptior est ipsi Christo, quippe ob id Missam instituit, ut eius Passionis unusquisque recordaretur frequenter, & creberrime, unde eius uerbis hoc plane inculcauit, ait, iussit, dicens: Hoc facite in mei memoriam ideo si vna Missa sit eius memoria, quanto magis multis fiet? Qui insuper plures Missas audit, plus memoriam Dominicæ passionis habet seu habere potest, quam qui una contentus est, quia toties repetitur quoties celebratur, ac cum & hac memoria, compassio mortis CHRISTI, utilitas maximas redemptionis fructus, beneficium salutis, vitæ correctio, recte uiuendi dispositio, in bonis operibus augendi desiderium, caritatis inflammatio, & sexcenta eiusmodi bona proueniant, quis non uidet nimis impium esse Missas abrogare priuatas, quæ quotidie celebrantur? Præterea fieri contingit, ut quis audiat unam Missam, & minime ea deuotione ac Spiritu audiat, qua aliam audit. Item propter bonitatem ac sanctitatem Sacerdotis DEVS concedit gratias, & exaudit orationes, & complet uota assistentium, & auditorum, quæ per alium celebrantem negat, quod liquet in Vitis Sanctorum ut puta CLEMENTIS Martyris, MARTIANI Presbyteri, GREGORII Pont. Maxim.

Discus. art.
con. Aug. de
Mis.
C. de Sacros.
Eccl. l. non
plures.

Papæ & aliorum. Ultra, vna Missa communis, & decantata quotidie in omni ciuitate in multis Templis celebratur. Deniq; hoc iubet Ecclesia Christi, hoc Spiritus Sanctus docet, hoc Concilia approbant, hoc Sacri Doctores commendant, hoc in ritu Ecclesia comprobatur Christianissimo. Quam qui non audit, Ethnicus est. Qui hunc ritum reprobatur, reprobatur est, qui uere non seruat, Satanæ discipulus & mancipium est qui non credit esse Christianum infidelis est, non Christianus, qui negat esse pium, impius est hæreticus, omni infideli deterior. Proinde rectissime fecit D. GELASIVS Papa, cum Monachis Sacerdotiū inire ac sacrificare concessit, & iussit. Et impiissime faciunt, qui tam pium, tam utilem, tam Christianum ritum ab Ecclesia exturbare & explodere cum Satana atentant. Qua quidem impietate, ut gloriosissimus Imperator Carolus. Qui nam ille optimus optime una cum aliis Principibus Catholicis asserit, cultus Dei minuitur, Sanctis subtrahitur honor, ultima uoluntas defunctorum corruiat & inita fit, debitis defunctis spoliatur suffragiis, & uiuorum deuotio aufertur & frigescit. Hæc illæ, quæ omnino probant præter uetustos, recentiores, Hussitæ & Hussio auctore, qui mirum in modum Missas priuatas & potissime, quæ præ defunctorum priuam animabus offeruntur probat, commendat, & quotidie a Sacerdotibus priuatim celebrari obsecrat. Cum propter hæreticos, Græcos, & Germanos, a Diabolo seductos, Missas priuatas abrogandas perditæ censere, easdem superbe contemnere, nequiter non seruare inique non retinere, impiissime iubere ac diabolicissime & hæreticissime docere, siue clarior patet.

Papa.

Casar.

Hussus.

Fides Eucharistia ad salutem necessaria.

Bucerus.

Tiletanus.
Vuiclenus.
Lutherus.

Hoffmeisterus.

Damascenus.

D. August.

Pœnitentiæ Sacramentum non aboleuit Escl.

Lutherus.

CDXVI.

Controuersiam de Eucharistiæ Sacramēto leuem leuita Belial adeo existimat Bucerus ut siue quispiam credat eā siue neget, Christianum adhuc esse, & saluari posse tradat, quod una cum Melanthe delirat Archopæus hoc cum eisdem non censuit Vuiclenus ac ipse Melāton, neque Lutherus, quamquam secum ipsi frequenter pugnant: sed inter alia (omisso etiam obsopæi testimonio) Lutherus scribit hæc: Bucero uidetur res leuicula, ista dissentiuicula, denique citra fidei iacturam: sic enim sentit ille, spiritus fidem non perdi, si CHRISTVS mendax in uerbis suis blasphemetur. Hæc ille præter alios plurimos, qui recte sentiunt, quibus idem certe multo duriora addit: sed hæresi cum hæretico confutasse, & Catholicorum Orthodoxiis hæreticos subscripsisse fat fit. Quapropter his Satanæ sycophantiis, & strophis Dæmoniis abiectis aures accomodamus Doctoribus sacrosanctæ CHRISTI Ecclesiæ, quorum unus Græcorum & alter Latinorum citatus breui nobis pro certo sufficere potuit D. IOANNES Damascenus: sūmo cum metu, ac pura conscientia, fideque haud quaquam dubia accedā: ut profecto sic nobis fuit, quemadmodum firmi ac constanter credimus. Hactenus Pater Orthodoxus, Diuus uero AVGVSTINVS paucis rem hanc sic decidit: Crede inquit, & manducaisti hoc est, Corpus CHRISTI. Ergo fidem ad salutem & uitam, quæ in susceptione Sacratissimæ & Diuinissimæ Eucharistiæ percipitur, necessariam optime iudicauit & tradidit.

CDXVII.

Primum mentitur Lutherus hæreticissimus mendax, & mendacissimus hæreticus: Pœnitentiæ Sacramentum, & capitale malum est, quod Sacramentum ipsam in totum aboleuerunt, ne uestigio quidem eius

Ia Dec.

Desp. ad cō
fusi. Aug. ac
de Mis.

Ser. de Mis.

Epistol. ad
Mors. & in
Ap. ad Bri.
Co. f. con.
Ant.
Ad c. 11.
cor.
Ep. ad Ar.
gen.
Lib. 2. Dia.Orthod. fid.
lib. 4. c. 13.Ap. Alex.
de Al. cap.
Euch. S. 7. 1
16.De capt. Ba.
byl. c. de Sa.
cram. Pen.

Bucerus. relicto. Ac deliravit Lutherus, propterea eius coapostata eum dē coarguit. Bucerus qui sane, & non temere dixit: Pœnitentia uera inter Euangelicissimi ignoratur. Lutheri iraque mendacium negat Catholicorum primi duces Diui Apostoli asseruere: Si pœnitentem non recipis, obiciis eum obsidiatoribus, oblitus quod Dauid ait: Ne tradas animas bestiis confitentium tibi: Recipe ergo pœnitentem, nihil addubitans: nec abolent tibi, qui dicunt inhumane, non oportere talium conuictu contaminari, neque communem cum iis habere sermonem. **D. IGNATIVS:** Obsecro uos, quotquot pœnitentia ducti fuerint ad unitatem Ecclesie, recipite illos cum omni mansuetudine. **D. HERMAS:** Quicumque toto corde egerint pœnitentiã, & purificauerint se ab omni nequitia, & non adiecerint adhuc ad delicta sua quidquam, accipient a Domino remedium priorum peccatorum suorum si nihil dubitauerint de mandatis his & uiuent DEO. **D. IVSTINVS:** Quē pœnituerit delictorum commissorum remissionem illorum est consecuturus. **Tertullianus,** Viuo, inquit, Dominus, & pœnitentiam malo, quam mortem. Ergo Pœnitentia uita est, cum prapōnitur morti. **Lactantius** Deus purgari homines a peccatis maxime cupit: ideoque agere pœnitentiã iubet. Hæc & alia multa scripta reliquere, qui usque ad quarrum a CHRISTO seculum in Ecclesia successiue claruerunt, ac posterioribus seculis nemo dubitat, nisi infans, & nimis imperitus, unam de Pœnitentia fuisse Orthodoxorum omnium sententiam. Vnde **D. HILARJVS** qui claruit anno 350. doctrinam de Pœnitentiã pulchre testatur doctrinam esse Legis, Prophetarum, Euangelistarum, Apostolorum. Seqnenti uero hæresis reiectione quam ex professo Ecclesiam de pœnitentiã Sacramento tradiderit, atque statuerit, ut Lutheri mendacissimi mortalium, atque impudentissimi filijque patris mandaciorum arguatur, demo nstrabo. Ad Ecclesiam hæresiarachæ, ac hæretici olim, & nuper accedunt, inter quos **Hussus** Lutheri amicus, & scelecta tabula dicit: Sacramenta Ecclesie sunt, Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia &c. **Pzribrauus:** Confiteor septem Ecclesie Sacramenta, quæ sunt Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia &c. Idē **Rochizana,** **Vualdenses,** & **Lutherus** ipse dicit: Omnium Ecclesiasticorum idem est Baptismus eadem Pœnitentia.

CDXVIII.

Pœnitentiam, ut Lucide traditum fuit Cōstitutionibus Apostolicis, Cōciliis, Neocæsariensi apud Græcos Florentino, Tridentino apud Latinos, & in aliis Diuinorum Patrum assertionibus, Orthodoxorum cunctorum sententiis, Quartum nouæ legis Sacramentum esse negant Montanistæ, Nouatiani, Lutherus, Melanthon, Hoffmannus, Musculus, Calvinus, Chemnitius, Antuuerpiani cyclopes, & reliqui sacrosanctæ Fidei inferno digni corruptores, quos damnat præter sacras Litteras, **D. quoque IGNATIVS,** dicens: Obsecro uos, quotquot pœnitentia ducti fuerint, ad unitatē Ecclesie recipite illos cum omni mansuetudine. ut per bonitatem, & paciētiam uestram resipiscentes, ex Diaboli laqueis, digni iam CHRISTO facti, salutem consequuntur æternam in Regno CHRISTI, &c. Omnibus pœnitentibus remittit DEVS, si conuertant ad unitatem CHRISTI, & Episcopi Concilium. **D. PACIANVS:** Numquam DEVS non pœnitenti cōmiseretur, nisi ignosceret pœnitenti: Solus hoc, inquit, DEVS poterit. Verum est, sed & quod per Sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud, quod Apostolis dicit: Quæ ligaueris in terris, ligata erunt, & in Cœlis, &c. Cur hoc, si ligare hominibus, ac soluere non licebat? An tantum hoc solis Apostolis licet? Ergo & baptizare solis licet, & Spiritum sanctum dare solis, & solis gentium peccata purgare: quia totum hoc non aliis, quam Apostolis imperatum est, quod si uno in loco, & resolutio uincu-

Ep. ad Cœl. c. 54. opud Feua. l. 15. p. 15. l. 2. Conf. Apost. c. 14

Ep. ad Phil.

Simil. 8.

Dial. cum Tryphon. Lib. de pœn. c. 4. l. 6. inf. ca. 13.

In ps. 137.

Poff. in 15. M. Conf. 8. c. De Sac. in ge. c. 1. In confes.

L. 7. art. 1. de pœn.

Conf. Nat. conf. c. 18.

Ep. ad Phi.

Ep. ad Sym. Nouat.

D. Ambrosius.	lorum, & Sacramenti potestas datur, aut totum ad nos ex Apostolorum forma, & potestate deductum est, aut nec illud ex decretis relaxatum est. D. AMROSIVS: Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet.	L. 1. de poen. c. 7.
Concilium.	In Baptismo utique remissio omnium peccatorum est. Quid interest, uerum per Pœnitentiam, an per Lauacrum hoc ius sibi datum Sacerdotes uin dicent. Vnum in utroque ministerium est. Concilium præterea Cabilonen	Cap. 8.
Concilium.	se, ut præteream sexcentos Patres, ait: Pœnitentiam peccatorum, quæ est medela animæ, utile in omnibus hominibus esse censemus. Inde Conciliū Lateranense Oecumenicum: Si post susceptionem Baptismi quisquā prolapsus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam semper potest reparari.	Cap. 1.
Vuclefus.	His subscribunt Catholici quotquot umquam fuerunt omnes, quos Græci schismatici, sectantur Vualdenses pariter, & Hussitæ, atque etiam Vuicle uista, quorum sectarius dicit: Baptismus, Eucharistia, Ordo, & Pœnitentia,	Ad ca. 11. Cor.
Hussus.	Sacramenta sunt difficiliora ad credendum, & magis necessaria ad salutem Huncque secutus Hussus, loquitur: Licet sufficiat apud Christum ubique præsentem contritio: tamen Sacramentum Pœnitentiæ est ualde necessa-	Disp. de In. Papa.
Lutherus.	riam, licet non proderit sine contritione præsupposita. Et Lutherus hos magistros amplexus inter multa loca quibus hoc Sacramentum agnoscit & commendat, vnum uel duo in medium producam: Pœnitentia cum uirtute clauium absoluentium Sacramentum libenter cōfitemur: habet enim	Cont. ar. La. ca. 35.
Philippus.	promissionem, & fidem remissionis peccatorum propter CHRISTVM Illa uia extra quam nulla alia inueniri potest, est uenerabile, plenum gratia, & Sanctum Sacramentum Pœnitentiæ, quod DEVS in summam conso-	Ad ca. 13. Mat.
Pœnitentiæ sunt tres partes.	lationem omnibus peccatoribus largitus est. Hæc ille, cui subscribit Melanthon, & affecta, quorum dux dicit: Numerantur hæc Sacramenta: Baptismus, Cœna Domini, Absolutio. Et iterum: Vere sunt Sacramenta, Baptismus, Cœna Domini, Absolutio, quæ est Sacramentum Pœnitentiæ. Et rursus: Hic locus (Matth. 18.) sicut superior, Sacramentum Pœnitentiæ sanxit. Est enim pollicitatio quædam, quæ promittitur peccatum remitti absolvente clauæ.	In cap. Ba. c. de Bapt. L. de reu. c. 99. & 9.
Lutherus. Tertullianus.	CDXIX.	Ser. de conf. pecc.
Chrysostr.	Tres esse Pœnitentiæ partes negat tribus legionum dæmoniorum caeteris obsessus Lutherus cum suis Symnisticis. Contra uero asserunt Christiani quod facile demōstrabo: Tertullianus: Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis extinguet: & pænæ prius magnitudinem imaginare, ut de remedij adeptione non dubites.	Collat. 20. c. 70.
Magister.	Tantum releuat confessio delectorum, quantum dissimulatio exaggerat. Confessione enim satisfactionis Concilium est, dissimulatio contumaciæ; satisfactio confessione disponitur, confessione Pœnitentia nascitur, pœnitentia DEVS mitigatur. D. IOANNES Chrysostr. Confessio reddat, quod peccatum detraxerat, curet pœnitentia, quod delictorum macula sordiderat, serpentium uirus, satisfactionis antidoto recuretur. D. IOANNES Cassianus: Dum agimus pœnitentiam, & adhuc uitiosorum actuum recordatione mordemur necessarium est, ut ignem conscientiæ nostræ obortus ex confessione culpæ lachrymarum imber extinguat. Cum uero cuiquam in hac humilitate cordis, & Spiritus contritione defixo, atque in labore, & gemitu perduranti, horum recordatio fuerit consopita, & conscientiæ spina de medullis animæ gratia DEI miserantis euulsa, certum est eum ad satisfactionis finem, atque indulgentiæ merita peruenisse, & ab uniuersorum criminum labe purgatum. Hactenus Sancti Patres, idem alii Orthodoxi, ex	li. 4. sent. d. 16.
Pont. Max.	quibus colligit sapientissimus Theologus Petrus Lombardus, quod, In perfectione pœnitentiæ tria obseruanda sunt, scilicet compunctio cordis, Confessio oris, Satisfactio operis. Innocentius præterea Oecumenicus Ecclesiæ	Ad Gal.

Episcopus. Pœnitentia debet habere tres partes: Contritionem in corde, Confessionem in ore, & Satisfactionem in opere. Hucusque Orthodoxi, quin imo Hussitæ hæretici, in hoc autem Catholicam docentes Veritatem quam Scripturis plurimis, ac innumeris fere scriptis Sãctorum Patrum, Orthodoxorum Doctorum, statutis Conciliorum, & totius Ecclesiæ CHRISTI fide, ac doctrinam fufillime demonstratam, Coccius reliquit in The-
sauro Catholici, inter eos enim Husfitas qui caput illorum est Hussus lucide ait: Sunt Pœnitentiæ tres partes, scilicet Contritio, Confessio, & Satisfactio. Hæc ille, cuius Catholico pronunciato plane assensum præstat symmista Lutheranorum Melanthon qui ad hunc modum scripsit: Non recusamus tres partes Pœnitentiæ: Scilicet Contritionem, quæ significat terrores in cuflos conscientiæ, agnito peccato, Confessionem, sed in hac oportet respicere ad absolutionem, & illi credere. Non enim remittitur, peccatum nisi credatur, quod propter meritum CHRISTI remittatur. Tertia pars est Satisfactio, uidelicet digni fructus Pœnitentiæ. Hæc ille in comitijs Augustanis.

CDXX.

Contritionem in uera Pœnitentiâ requiri non ait Lutherus, quem Lutherani sectantur. Ab his dissentiunt Catholici omnes, Patres omnes, Doctores omnes, Orthodoxi omnes, iuxta utriusque Testamenti oracula, & Ecclesiæ Doctrinam. D. DIDYMVS Alexandrinus: Cõceptus de peccatis dolor, inquit, pœnitentis mentis efficit puram, & salutis principium est sui ipsius condemnatio. D. IOANNES Constantinopolitanus: Sola est cordis cõpunctio, quæ sicut ignis omne animæ uitium perurit, et adimit, & quantumque in ea repererit mala, abstergit uniuersa, & penitus delet. D. HILARIVS: Siue conterat, siue confringat, non idcirco existimandus est hæreditatem poscere, ut ad eam perdendum, & abolendum confringat, & conterat, quippe cui cor contribulatum sacrificium sit optimum. Contritio ergo illa, siue confractio est, quæ in nobis corporeas uoluptates, & secularium uitiorum incentiua comminuit, dignosque nos dignatione Domini præstabit, secundum dictum Prophetæ: Cor contritum, & humiliatum non spernet. D. AVGVSTINVS: Est quædam confusio temporalis utilis, perturbatio animi respicientis peccata sua, respectione perhorrescentis, horrore erubescens, erubescencia corrigentis. Vnde dixit Apostolus: Quam gloriã habuistis tunc in his, quibus nunc erubescitis? Ergo erubescere illos dicitiam fideles, non de præsentibus donis, sed de præteritis peccatis. Hanc confusionem non formidet Christianus, imo si hanc rem habuerit, æternã habebit. D. HIERONYMVS: Sine confusione, & mœstitia non dimittuntur peccata. Cum his autem Orthodoxi uniuersi plane cõsentiunt, atque insuper inter Schismaticos omnes, & Hussus dicit: Sacramentum Pœnitentiæ non prodest sine contritione præsupposita. Huic concordat Lutherus, dicens: Vera fides non potest esse sine uera, ac ueraci contritione, atque terrore coram DEO. Et alibi: Contritionis ueritas pœnes quærit, & amat.

CDXXI.

Lutherana scabia qui laborant contritionem terrores esse dicunt in cuflos conscientiæ agnito peccato, sicque Attritionem conuertunt in Contritionem, & Contritionem in Attritionem: unde utramque nobis e medio tollunt, uel saltem etsi non uerbis tamen sensu solam Attritionem admittunt, quam nuncupant contritionem, nomine negant. Hoc Catholicismi omnes candidati, qui recte definiunt Contritionem plane reprobant. At-

Hussus.

Cochlaus.

Contritio in Pœnitentiâ requiritur.

Coccius.

Alexandr.

Constantin.

Piscariensis.

Hypponens.

D. Hieron.

Hussus.

Lutherus.

Contritio nõ est Ayrilio, seu terror conscientie.

Bundesius.

Protestantes.

Albertus Pighius.

Tract. de pœ.

In art. Lut. 30. p. 214.

Li. 7. de pœ.

Ap. Dama. lib. 2. Para. c. 86. L. 2. de concord.

Ad psal. 2.

In ps. 1. com. 1.

In psal. 37.

Disput. ad uer. Indul. in uis. Sax. & The. Vu. lib. 40.

Compe. de contr. tit. 1. q. art. 1. Conf. Aug. ar. 12. In Contro.

<i>Martyr.</i>	que primum D. CYPRIANVS : Qui DEO satisfecerit, qui pœnitentia facti sui, qui pudore delicti, plus & uirtutis, & fidei de ipso lapsus sui dolore cœceperit : exauditus, & adiutus a Domino, quam contistauerat nuper, letam faciet Ecclesiam: nō solum DEI ueniam merebitur, sed coronam. D.	<i>D. laps.</i>
<i>Episcopus.</i>	LVCIFER Caralitanus : Reuertere toto corde ad DEVM, acquiescebis salubribus, remediis ad criminis tuis intelligentiam conspiciendam aperi cordis oculos, ingemisce toto corde, tam te grauer deliquisse colligens, tunc tui miserebitur ille, qui dixit. Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. D. AVGVSTINVS : Pœnitentiam certam non facit, nisi odium peccati, & amor DEI. Quando sic pœnites ut tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in uita; & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in mente, iam tunc bene ingemiscis ad DEVM, & dicis : Tibi soli peccaui. Innocentius Tertius : In contritione debet habere pœnitens timorem de pœna, dolorem de culpa, & amorem de gratia. Ioannes Gerson illustris non solum apud Catholicos, sed etiam apud Lutherum, & Lutheranos Doctores ait : Contritio est dolor uoluntarius pro peccatis semper in se puniens, quod dolet admisisse. Cum eodem consentiunt Theologi grauissimi, qui de finiendo ex professo Contritionem inquirunt, Contritio est dolor uoluntarie pro peccatis assumptus cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Hussus præterea hæresiarcha sic dicit : Contritio est dolor intimus cordis quem homo habet pro peccatis, quo plus dolet, quam si amisisset diuitias seculi, famam, uel amicos. Et Rochizana : Contritio est dolor cordis pro peccatis commissis, & pro amissione Gratiae Dei quam oportet esse maiorem, quam pro amissione cuiuscumque com modi temporalis.	<i>Derog. ap.</i>
<i>Doctores.</i>		<i>Se. 3. in Na Dom. af 7. de tempo.</i>
<i>Papa.</i>		<i>Adp. 1. p. 2.</i>
<i>Gerson.</i>		<i>In Comp. Theod. de Sacra. pan.</i>
<i>Hussus.</i>		<i>Trac. d. 1. p. 1.</i>
<i>Hussus.</i>		<i>De Sacra. in gen. c. 16.</i>
<i>Confessio secundæ Pœnitentiæ pars</i>		

CDXXII.

<i>Coccius.</i>	Confessio nem peccatorum coram Sacerdote prauimprobant Montanista, Nouatiani, Audeani, Messaliani, Iacobita, Armenii, noui Manichæi, Albigenes, Flagellantes, Vualdenses, Vuicleuus, Perrus Oxoniensis, Lutherus, Melanthon, & Caluinus. In hoc inuehitur summus, & Christianissimus Senatus, & sacrosancta Conciliorum Trullensis, Francici, Rhemensis, Cabilonenfis, Moguntini, Vuormatiensis, Nannetensis, Florentini, Lateranensis, Tridentini statuta, Patrum, Catholicorum Doctorum, & Christianorum omnium Chorus, schismaticorum, & hæreticorum plurium synagoga. Horum priores primo audiamus. D. CLEMENS Apostolorum sectator: Si forte alicuius cor, uel lior, uel infidelitas, uel aliquod malum latenter irreperit non erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic. qui præest : ut ab ipso per uerbum DEI, & consilium salubre ueretur, quo possit integra fide, & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere. D. DIONYSIUS Discipulus D. PAULI arguit Demophylum, qui procidentem sibi impium, atque peccatorem confitentem peccatum contra disciplinæ Apostolicæ ordinem calce abiecerat, ac repulerat. D. IRENAEVS narrat mulierem quandam a mago corruptam, atque Cerdonem resipuisse, & uitam in exomologesi transegisse. Origenes præterea sic scribit : Est septima, licet dura, & laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorum, cum lauat peccator lachrymis stratum suum, & fiunt ei lachrymæ panes die, ac nocte, & cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum, & querere medicinam, secundum eum, qui dicit. Dixi pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Tertullianus : Tantum releuat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumaciæ. D. CYPRIANVS : Confiteantur singuli quæso vos fratres delictum suum dum adhuc qui delinquit in seculo est, dum admitti eius confessio potest, dum satisfactio,	<i>L. 7. de se art. 3.</i>
<i>D. Clemens.</i>		<i>Ep. 1.</i>
<i>D. Dionys.</i>		<i>Ep. 8. ad Cosmoph.</i>
<i>D. Irenæus.</i>		<i>li. 1. c. 9. 3. c. 4.</i>
<i>Origenes.</i>		<i>Ho. 2. in Le. iiii.</i>
<i>Tertullian.</i>		<i>lib. de pœn. c. 8.</i>
<i>D. Cyprian.</i>		<i>l. de Bap.</i>

Lactantius.

ctio, & remissio facta per Sacerdotes apud Dominum grata est. Lactantius: Singuli quippe coetus hæreticorū se potissimum Christianos, & suam esse Catholicam Ecclesiam putant, sciendum est, illam esse ueram, in qua est, Confessio, & Pœnitentia, quæ peccata, & vulnera, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curat. Hæc ille Nouatianos, & item Lutheranos, Caluinistas, & similes his feras hæreticas damnans ponit pro nota uera Ecclesiæ Confessionem. Ex his patet doctrinam de peccatorum coram Sacerdote Confessionem esse doctrinam primitiua, Apostolicæ, Christianissimæ, & Spiritus Sancti eruditione illuminatissimæ Ecclesiæ, quam comprobant, & commendent Catholici omnes, Orthodoxi uniuersi, cunctique Ecclesiæ Catholica, & Orthodoxæ Sancti Patres, Doctores, & Theologi. Quamobrem inter posteriores ex hæreticorum cloaca scaturit Vuicleus, qui dicit: Oportet recipere Sacramentum Pœnitentiæ pro mortalibus ablucendis, confitendo non solum DEO, sed & homini in casu. Et cum specialiter confitendum sit Vicario CHRISTI qui mediat inter DEVM, & hominem, posteri ordinarunt Confessionem auricularem. Deinde Hussus: Appropinquante Quadragesima, quæ est speciale tempus Pœnitentiæ, ut uere pœniteas, dole cordialiter de peccato. Noli amplius peccare: confide de DEI misericordia: confitere peccata tua Sacerdoti, non tardans: ora deuote, & humiliter, ieiuna patienter: da eleemosynam si potes abundanter. Item Rochizana: Secunda pars Pœnitentiæ est ipsa Confessio, quæ fit Sacerdotibus. Insuper Pzribrauus: Confessio auricularis faciendâ idoneo Sacerdoti. Præterea Lutherus: Multas, & præclaras res complectitur auricularis illa Confessio. Primum absolutionem quam uocant, qua proximum uice DEI ab omnibus peccatis immunem, & liberum te esse pronuntiat, quod perinde ualet, ac si DEVM ipsum nos absoluentem audiremus. Deinde etiam utilis pro simplicium puerorum animis informandis. Hæc ille passim confirmat. In quibus consentiunt Bucerus, & Melanthon, quorum prior triplicem facit Confessionem: Primam qua coram DEO nos peccatores ex animo agnoscimus. Secundam, cum interna illa peccatorum coram Deo agnitio compellit eadem, & hominibus fateri. Tertiam priuatam uocat, qua uel tui, uel proximi causa commissum aliquod tuum, aut affectum fratri cuiquam priuatim confiteris. Quod autem Sacerdotibus præcipue confitendum, ueteres cenauerunt, causa fuit, quod horum aliis ad docendum, monendum, & consolandum esse instructiores. Sunt uero & ex nostris, (inquit) qui plus satis secretariæ confessioni uidentur tribuere, affirmantes singularem energiam habere, si priuatim quis Euangelion audiat, & sese pronuntiarî absolutum & cet. Atque posterior: Prodest Confessionem in Ecclesia retinere, primum propter absolutionem, deinde etiam propter disciplinam: idque fateri cogitur Caluinus, ubi admittit confessionem priuatam coram Pastore, quando quis ita angitur, & affligitur de peccatis, ut se explicare citra alienam opem ne queat. Quamobrem Lutherani fatentur Absolutionem priuatam in Ecclesia retinendam esse, cum confessione, tamquam Catholicum & fidei nostræ conueniens: De Confessione, docent, inquit, quod Absolutio priuata in Ecclesiis retinenda sit.

l. 4. inst. ca. 30.

In c. 5. D. lac.

Tra. de Pœ.

De Sa. c. 17. In prof. fid. c. 16. Ser. de Euc.

Con. in Ma.

7. si. loc. edi.

Conf. Aug. ar. 12.

CDXXIII.

Vuicleus.

Hussus.

Rochizana Pzribrauus Lutherus.

Bucerus.

Melanthon

Protestantes.

Peccata omnia omnino Sacerdotico fienda.

Lutherus. Melanthon

In Affer. ar. 9. Et con. Lato. In exa. ord. Et ul. lo. ed.

Lateranense.	<p>perspicue. Exemplum præ manibus habetur sacrosancti Concilij generalis Larenensis totius orbis auctoritate celebrati, & probati, cuius illustrissimum testimonium tale est: Omnes utriusque sexus peccata sua confiteantur, fideliter semel tantum in anno proprio Sacerdoti, uel alieno, prius tamen a proprio Sacerdote impetrata uenia. Dehinc testimonium fidelissimum, & tutissimum sacrosancti Florentini tale extat. Ad oris confessionem pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet suo Sacerdoti confiteantur integraliter. Inde tertium testimonium utique illustrissimum hoc ex Concilio nniuersali Tridentino decerptum habetur: Si quis dixerit in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium iure non esse Diuino confiteri omnia, & singula mortalia, quorum memoria habeatur, anathema sit. Hæc in ea sacra Synodo Orthodoxi Thologi, quos non repugnant hæreticorum quidam, ut sunt Hussus, & ipse secum pugnans Lutherus, quorum prior dicit. Secunda pars Pœnitentiæ est Confessio, quæ est coram D E O, & Sacerdote peccatorum recognitio, quæ debet esse plena, & integra. Plana ut Sacerdos intelligat: integra nec confitens aliquod peccatum scienter abscondat. Qui enim abscondit scelera sua non dirigitur, &c. Posterior vero: Dupliciter confitendi modus instructus: uno quo Sacerdoti omnia manifeste mortalia confitearis: alio, quo D E O, confitearis reliqua omnia. Et iterum alio loco: In mortis articulo constitutus ad se Sacerdotem uocet, ubi sua peccata confiteatur omnia: Item alibi: Principio necessarium est, ut homo omnia mortalia peccata confiteatur, & contritione afficiatur.</p>	Cap. 71.	
Florentinũ.		In doct. de Sacr.	
Tridentinũ.		Sess. 14. Can. 7.	
Hussus.		Tractat. de Pœn.	
Lutherus.		Concio. de Pœn.	
Confessio in iuris est Diuini.		CDXXIV.	
Melanthon Bunderius.		<p>Impiiissime omnium negant peccatorum Confessionem, quæ Sacerdoti loco D E I constituto exhibetur esse iuris Diuini Melanthon vna cum Lutero, & reliquis gregalibus. Quibus olim aduersati sunt Orthodoxi Patres, Diui ATHANASIVS, BASILIVS, CYRILLVS, GREGORIVS, HILARIVS, AMBROSIVS, HIERONYMVVS, AVGVSTINVS, & reliqui. Hoc idem innuit Concilium apud Græcos Trulense. Oportet eos, qui soluendi, ac ligandi potestatem a D E O accepere, peccati qualitatem considerare, & eius, qui peccauit ad eam conuersionem promptum studium, & sic morbo conuenientem afferre medicinam: ne si in utraque immoderatione utatur, ab eius, qui laborat, salute excidat. Atque istud longe clarius, & robustius roboratur olim multis Latinorum Conciliis, nupera Catholicis in generali Tridentino Concilio SPIRITV SANCTO uolente, & nos docente in Ecclesia definitum est, his uerbis: Si quis negauerit Confessionem Sacramentalem, vel institutam, vel ad salutem necessariam esse iure Diuino: aut dixerit, modum secrete confitendi, soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione, & mandato CHRISTI, & inuentum esse humanum, anathema sit. Hæc ex uera CHRISTI Ecclesia: cuius ueritati assentitur Ioannes Rochizana: Nisi hæc confessio haberet efficaciam, uideretur, quod CHRISTVS superflue dedisset Apostolis, & succedentibus Sacerdotibus clauium potestatem. Ad quid, rogo, concessit Apostolis CHRISTVS potestatem ligandi peccata, nisi ostensio eorum Sacerdoti soluenti, ac liganti faceret ipsa crimina. Idem sensit Ioannes à Poliaco, qui confessionem, quæ annuatim proprio fit Sacerdoti auferri posse, nec a Papa, nec a D E O quidem affirmauit. Verum Vuldenses quoque Catholicam adiuuant parte: Peccator si animo</p>	Io. com. n. edit.
Græcum.			Camp. 1111.
Concilium.			15. ar. 1. de confess.
Rochizana.			Can. 103.
Luzèburg.	Sess. 14. c. 6.		
Vuldenses.	De Sac. ca. 17.		
	Cat. her.		
	In conf. h. cit.		

intentione, opere a retroactis uitijs respuerit, talis in ueritate constitutus, si Presbyterum scientem discernere malum a bono, cuius labia scientiam Diuinæ legis custodierint, inuenerit huiusmodi Sacerdoti recta intentione scelerata confessione reuelare debet, quo ueluti iudice, loco DEI præsidente, & Ecclesiæ iure legis Domini culpæ eiu s grauitas recte diiudicetur, ea correctus Consilium Pœnitentiæ ad reformationem sui CHRISTI clauibus solutus, aut ligatus humiliter obsequatur.

CDXXV.

Melanthon aperte docet, ac dicit Confessionem clancularem, seu auricularem, quæ fit Sacerdoti, non esse necessariam, idque alij contentiosi contendunt. Quos Orthodoxi longe explodunt: D. enim BASILIVS Magnus: Necessario ijs peccata aperiri debent, quibus credita est dispensatio mysteriorum DEI. Si quidem rationem hanc pœnitentiæ etiam ueteres illos certum secutos fuisse, quando & in Euangelio scriptum est, quod Ioanni cõfitebatur peccata sua: & in Actis Apostolicis ipsis, a quibus etiam baptizabantur cuncti. Sozomenus Græcus: Cum prorsus non peccare, naturæ sit humana diuiniore: pœnitentibus autem quamuis frequenter diliquissent, ueniam dare iusserit DEVS, & ad impetrandam ueniam confiteri peccata necessarium est. Rufinus Latinus: licet DEVS dimittat peccata, ex quo homo in uoluntate pœnitet, tamen confitendum est ministris Ecclesiæ: quia nisi confirerentur, ex sua malitia damnarentur. D. AVGVSTINVS: In omnibus Scripturis Diuinis utiliter, & salubriter admonemur, ut peccata nostra debeamus iugiter, & humiliter nõ solum DEO, sed etiam sanctis, & DEVM timentibus confiteri. Sic enim per Iacobum Apostolum nos admonet Spiritus Sanctus, dicens: Confitemini alterutrum peccata uestra &c. Quomodo nobis peccatorum uulnera numquam deesse possunt sic & confessionis medicamenta deesse non debent. Ita ergo omnino necessaria est Orthodoxorum omnium iudicio Confessio. Ita quidem Catholici sentiunt a quibus non dissentiant Hussitæ, quos antea in medium retuli, inde negat Lutherus Melanthonis præco expresse dicendo: Occulta confessio, quæ modo celebratur, & si probari ex Scriptura non possit, miro tamẽ modo placet, & utilis, imo necessaria est, nec uellem eam non esse, imo gaudeo eam esse in Ecclesia Christi, cum ipsa sit afflictis conscientijs unicum remedium. Deinde amasius Lutheri Melanthon: Hæc causã ualde mouere Pœnitentes debet, ut ament, tueantur priuatam absolutionem: & suo exemplo conseruationem eius adiuuent. Hæc ille qui aliubi inquit: Hic locus (Matth. 18) sicut superior (CHRISTVS) Sacramentum pœnitentiæ sanxit. Et amasius Caluini Beza uti Conradus refert, asserit Cõfessionem oris, & priuatã absolutionẽ in Ecclesijs bene constitutis semper obseruatã esse, idque pastoris, tum ouis causã. Ad hoc accedit Regius: Confiteri debet Christianus, & Deo semper, & sæpe ministro uerbi. Hæc ille, cui succedit Hemingius: Ea confessio, quæ ad aurem fit eius, cui commissã est soluendi, atque ligandi potestas, retinenda est ob multa, quæ hinc oriuntur comoda. Assentitur eidem Lutheri osor Sacramentarius Oecolampadius, qui & ipse una cum hisdem Confessionem qua absolutio peccatorum obtinetur, necessariam ducit, dicendo: Confessionem quam auriculariam uocant, nemo pius damnat. Huic uero Sacramentarius ex factione Sacramentaria alter succedit spurcissimus hæreticus Beza, qui sic concludendo habet. Quocirca uideri potest, nos ne reiicere, sed e contrario illam requirere, ut necessariã ad salutem, ueram confessionem a DEO institutam.

Confessio necessaria.

Ioã. Hoffm.

D. Basilivus.

Sozomenus.

Rufinus.

D. August.

Lutherus.

Melanthon

Schnesselb. Beza.

Urbanus.

Hemingius

Oecolampad.

Beza.

Dial. 2. ex Mel. loc. cõ. ult. edit. In q. inter. 288.

l. 2. hist. ca. 16.

In psal. 31.

l. 50. Ho. 12

De cap. Ba.

Loc. com. c. de pœn.

Ad c. 18. Mat.

l. T. C. ar. 19 l. 1. epist. p. 126.

Ap. Hoffm. 2. Dial. In Catech.

Com. in 1. Io. epist.

Conf. pun. 4 ar. 29.

CDXXVI.

*Absolutio
priuata a
Deo suis in-
stituta.
Lutherus.*

Calvinus.

Hugonota.

*Coccinus.
Gracus.*

Latinus.

*Beza.
Regius.*

Conradus.

Quem admodum paulo ante constitit, Auerni habitator perpetuus, & cōfessor Luciferi, Absolutionem priuatam, quam confitenti peccata sua singula Sacerdos impertit, Diuinitus esse institutam perfidiosissime negat. Eūdem uero sectatur alter æternus inferni incola, ac Satanae primus cancellarius Calvinus pessime affirmando Cōfessionem, & Absolutionem priuatā è foetidis Antichristi Romani lacunis originem suam habere, & ab ipso diabolo inuectam esse in Ecclesiam. Eisdem assentiuntur Hugonotæ Diaboli satellites. Quos Discipula Diuinissimi Paraleti Ecclesia fauore aucta Diuino, perditæ hæresis reos conuincit, uerboque DEI munita illos per plurima Concilia, & per plurimos Patres, ac Doctores, ut copiosissime uidere licet luce clarius apud Iodocum diuino iure condemnat. Diuus namque ATHANASIVS Magnus asserit: Si nondum soluta sint uincula, tradas te ipsum Discipulis I E S V: adsunt enim, qui te soluunt pro potestate ea, quā a Salvatore acceperunt: Quæcumque ligaueritis, inquit, in terra, erunt ligata, & in Cœlis: & quæ solueritis in terra, erunt soluta, & in Cœlis. Et: Si quibus remiseritis peccata, remittentur eis. D. AVGVSTINVS: Sunt quidam qui sibi ad salutem sufficere autumant, si soli D E O cui nihil occultū est, sua confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubescunt, siue dedignantur ostendere se Sacerdotibus, quos tamen inter lepram, & lepram discernere per legislatorem Dominus constituit. Sed nolo, ut ipsa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram Domini vicario, tabescens præ pudore, vel ceruicosus præ indignatione: Nam ipsius humiliter subeundum est iudicium, quem Dominus sibi non dedignatur vicarium. Ergo ad te uenire roges Sacerdotem, & fac ipsum conscientiarum tuarum penitus participem. Non seducat te somniantium illa superstitio, quæ in uisitando confirmat, quia seruat Sacerdote inconsulto ad D E V M peccatorum confessio. Nos autem non abnegamus, quin sit ad Deum frequenter referenda confessio peccatorum, &c. Sed testamur, & testatur illud sana doctrina, ne tibi applaudentium faueas auribus, quoniam prius eges Sacerdotis, qui mediator sit apud D E V M tuum, salubri iudicio, alioquin, & sub lege, & sub gratia, Ite & ostendite uos Sacerdotibus, responsum diuinum quomodo consumaretur? Confitemini alterutrum peccata uestra, quomodo compleretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter DEI vice Dominus adhibeatur Presbyter, & reuelationes tuas, & ipse tibi exhibebit antidotum reconciliationis. Hactenus Orthodoxus Pater, qui & aliubi Orthodoxe asserit: Nemo sibi dicat occulte ago, apud DEVM ago: nouit DEVS, qui mihi ignosci, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in Cœlo? Ergo sine causa sunt clauis datae Ecclesiae DEI? Frustramus Euāgelium DEI, frustramus uerba CHRISTI? promittimus uobis, quod ille negat? Hac omnes Orthodoxi de priuata Confessionis absolutione ad constituta, credunt, & tradunt. Quam quidem non indigne recipiunt quidam hæretici, ut Beza quem paulo superius allegaui. Et Regius qui sic asserit: Confiteri Christianus debet, & DEO semper, & sæpe ministro uerbi, ad minimum quum ad mensam Domini accessurus est, ut audiat uerbum CHRISTI ex ore ministri, qui per os ministri nos abluit a peccatis nostris, nam CHRISTVS dedit clauis Regni Cœlorum Ecclesie suæ. Inde Schluffelburgius: Sacramentarii turbulenti Absolutionem priuatam extreme abiiciunt, cum dicunt, eam originem habere ab Antichristo, & a Diabolo. Sed uerbum DEI nos propter multas causas, easque grauissimas retinendam esse credit. Item: Hæc testantur, Absolutionem priuatam, non esse uocē humanæ auctoritatis, sed Diuine sonantis in Euangelio: a CHRISTO, non ab hominibus; a DEO, non a Papa originem haberet:

De cap. Ba.

*Def. 2. cont.
V uof. f. 131*

*Feu. 13. l. de
Purg. c. 30.*

*L. 7. ar. 3. de
Pen.
In l. ver. in
uen. pul. al.
lig.*

*L. 7. de uisf.
infr. c. 4.*

Luca 17.

Ho. 49. c. 3.

Matt. 18.

*In Confess.
Ap. Hoffm.
2. Dial.*

*L. 1. Theol.
cal. art. 19.*

& non

Lutherani.

& non cœpisse corrupto, sed florente Ecclesiæ statu. Denique Lutherani: Nos Confessionem præcipue retinemus propter absolutionem, quæ est verbum Dei, quod de singulis auctoritate Diuina pronuntiat potestas clauu. Quare impium esset, ex Ecclesia priuatam Absolutionem tollere, neque quid sit remissio peccatorum, aut potestas clauium intelligunt, qui priuatâ absolutionem aspernantur.

Ap. 12. ar. Conf.

Satisfactio est tertia Pœnitentiæ pars necessaria, Coccinus.

CDXXVII.

Satisfactionem saluberrimam, & necessariam, quæ pro pœna exigitur temporaria, & commutata ex æterna in temporalem, nebulones negant Nouatiani, Audeiani, Messaliani, noui Manichæi, Piggardi, Lutherus, Melantho Calvinus, & gregales. Quos iure meritissimo, quemadmodum Iodocus Coccius libro septimo de Pœnit. fusissimè demonstrat illustrissimis plerisque sacre Scripturæ testimoniis, sanctissimis Diuorum Apostolorum Constitutionibus, clarissimis Sanctorum Orthodoxorum Patrum sententiis, Christianissimis Catholicorum Theologorum erudimentis, firmissimis Sanctorum Doctorum assertionibus, sacrosanctis Pontificum Sanctorum Canonibus, & sacratissimis uiginti trium Conciliorum doctrinis, & sanctionibus, & maxima, & grauissima Ecclesiæ CHRISTI uniuersæ, quæ est, quæ fuit, ac quæ futura est, Auctoritate condemnant Catholici Fideles a Scriptura sacra edocti, per Constitutiones Apostolicas, per Concilia Ancyranum, Nicænum, Neocæsariense, Leodicense, & alia, ac per sacros Doctores Ecclesiæ plurimum eruditi, quorum uno audito omnes auditos esse liquet. D. PROSPER: Illi quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata, si ea confiteri, aut emendare noluerint, DEVM, quem habent testem, ipsum habituri sunt, & ultorem. Et quid eis prodest humanum uitare iudicium, cum si in malo suo permanserit, ituri sint in æternum DEO retribuente supplicium? Quod si ipsi sibi iudices, & ueluti suæ iniquitatis ultores his in se uoluntariam pœnam seuerissimæ animaduersionis exerceant: temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia: & lachrymis, ex uera cordis compunctione feruentibus restinguent æterni ignis incendia. Hæc ex Catholicis, pari lance multi prosequuntur hæretici: Porro Hussus: Tertia pars pœnitentiæ, inquit, est satisfactio, per quam peccator debet satisfacere, DEO, sibi, & proximo, DEO humiliando se, sibi affligendo se; proximo, reddendo sibi quæ sua sunt. Vnde iuxta hoc ponuntur tres partes satisfactionis, scilicet oratio, ieiunium, elemosina. Per orationem se homo Deo humiliat, per ieiunium se affligit, per elemosynam proximo satisfacit. Hucusque ille, qui eadem plerisque confirmat locis. Pzri brauus præterea loquitur hoc pacto: Sacerdotes, qui ex contemptu Satisfactionis opera non iniungunt, nec confitentes absoluunt, nec absolvere se credunt, &c. Vualdenses insuper sic confitentur: Si cor contritum defuerit, simulque confessio cum relaxatione culpæ, atque satisfactio simulata ad hæc accesserit, unum signum, unam gratiam esse pronuntiamus. His concordat Lutherus, dicendo: Hoc libenter concesserim, quod Ecclesia Mater pio affectu, præuentura manum DEI, castigat filios suos satisfactionibus quibusdam, ne incurrant flagella Dei, sicut Niniuitæ operibus suis spontaneis præueniunt iudicium DEI. Hæc pœna est arbitraria, non in totum, ut illi uolunt, sed tamen est necessaria. Hæc ille una cum chemnicio, cui suffragatur Melanthon, dicens: Sentiendum est tota nostra pœnitentiâ, ac debitis operibus mitigari temporales. His plane adstipulatur Bucerus, Catholice dicendo: Nos eam (satisfactionem) agnoscimus esse Domini in suos dignationem, ut hi ueris animi planctibus, & causis suæ castigationibus, sanctis precibus, elemosynis, & id genus alijs religiosis actionibus, elucere ualeant, quæ cum

lib. 7. ar. 4. de Pœn.

In The. Ca.

Iodocus.

Fenardent. Iodocus.

lib. 12. de Furg. c. 11. l. 6. ar. 5. de Pœn.

D. Prosper.

l. 2. de uit. con. c. 7.

Hussus.

Tractat. de Pœn.

Hussus.

In prof. fid. c. 15.

Vualdenses.

In conf. exhib. an. 150.

Lutherus.

In ass. ar. 5.

Chemnitus.

P. exa. Con. lid. p. 107.

Melanthon.

Loc. com. ed. ultim. sit. de sat.

Bucerus.

Cont. Epis. Abrinc. c. 8.

ipſi, tum pro quibus apud Dominum intercedunt, mala meriti ſunt. Quod Achab regi alioqui impio ſua qualis poenitentiae humiliatio profuit, ſcriptura teſtatur: iam nec fruſtra fuit, quem ſibi Diuus Paulus luſu inditis pro iis, qui cum peccaſſent, nullam egerant poenitentiam. Omnem tamen hanc uim, uel propria, uel aliena peccata per opera poenitentiae eluendi, ſola niti miſericordia Domini, & merita Chriſti, ut credimus ita teſtamur. Haec enim ille, cui concordant Lutherani, dicentes: Non dicimus, quod Poenitentiam, hoc eſt conuerſionem, ſeu regenerationem boni fruſtus, bona opera in omni uita ſequi debeant. Nec poteſt eſſe uera conuerſio aut uera contritio, ubi non ſequuntur mortificationes carnis & boni fruſtus. Veri ſermones, veri dolores animi non patiuntur corpus indulgere uoluptatibus. Poſt haec cum Catholica ſententia conſentit Calvinus, dicens: Eſt interdum reatu noſtro abſoluto, nos tamen punire non deſinit Deus: uel ut magis humiliemur, uel ut ſimus in poſterum cauiores. Ad hunc accedit lauatherus: Poenae temporales non ſemper ceſſant, eſt Deus in gratiam nos recipiat, ſicut in Dauide, & multorum aliorum exemplis uidere eſt. Ab hoc non diſſentit Beza qui dicit eos, qui cum ſcandalo peccauerant (in primitiua Eccleſia) per impositionem manuum, publicam delictorum agnitionem, & ſatisfactiones externas reconciliatos eſſe. Haec ille qui ruruſum ſcribit: Colligimus eos, quos ſerio poenitet, neceſſario ſua peccata confiteri apud eos quorum intereſt, id eſt, quos priuatim offenderunt, uel etiam apud Eccleſiae coelum quum ita opus eſt, atque quoad eius fieri poteſt ſatisfacere, quam ſi haec abſint, fictam eſſe poenitentiam conſequitur. Eiſdem denique aſſentiuntur Rhegius, & Zuinglius, qui Eccleſiam hoc docet de ſatisfactione hoc eſt, Sus, Mineruam.

CD XXVIII.

*Indulgentia
probantur.
Lutherus.*

Venias peccatorum toto Satanico ſpiritu diabolicis afflatus Lutherus impudentiſſime traducit ſpurciſſimis maledictis, & mendaciſſimis conuitiis proſcindere impiſſime conatur. Cuius patris Lutheranorum haereticae libidini magnopere omnes ad unum indulgent miſeri Lutherani, pariter infelices Calviniani, & reliqui daemioniorum fautores ſceleſtiſſimi. Quorum improbitatem haereticae numquam ſatis execrandam haereſim detestari, & abominari uniuerſus ſolet Catholici ſumus omni parte ſolidiſſimus, quem admodum Beatus, ac doctiſſimus in Anglia CHRISTI Martyr fidelisſimus Ioannes Ficherius S. R. E. Cardinalis, & nunc illuſtriſſimus itidem Cardialis, ac Doctor doctiſſimus Robertus Bellarminus palam demonſtrat. Ante hac autem Huſſitarum antefignanus Venias, ſeu indulgentias probat ſaepe uſque eaſdem religioſo more inculcat his uerbis: Falsè ſum delatus, quod docuerim, quod indulgentiae nihil ſunt. Iterum: Papa qui eſt immediatus Vicarius Chriſti habet auctoritatem indulgentias dandi, & alia, quae ad clauas pertinent, ſupreme faciendi. Ruruſum: Omnis recipiens indulgentias, de tanto eas recipit, quanto habilior fuerit quoad Deum. Hucusque ex illo Lutheri parente, cuius ſententiae, magis quam ſuae ſaepeſſime inculcatae aſſentiri ſtatuit aliquando altero loco dicendo: Mihi dubium non eſt Miſſam pro defunctis celebratam efficaciorem, & meliorem eſſe ad redimendas animas, quam ſunt Indulgentiae per Miſſam quaſitae. Ac loco altero: Indulgentiae tollunt poenas a Pontificibus, & Sanctis Patribus impositas. In quo poſteriore loco Lutherani conſentiunt, dicentes: Indulgentiae remittunt illas ſatisfactiones, ut docet cap. cum ex eo, de poenitent. & remiſſ.

Roffenſis.

*Bellarmin.
Huſſus.*

Lutherus.

Lutherani.

*Indulgentia
ualent ad
luendam
penam in
Purgatorio.
Bunderius.*

CDXXIX.

Lymphatorum hominum ſecta turpiſſima, cui nullum impugnandae ueritatis ſtudium non extat, ſacras Indulgentias, ſeu uenias iis, qui poenam in

*Apo. art. 12
conf. Aug.
cit. a De-
uent. cri. ei
confu.*

*In c. 4 Ma-
th. 11. 11.
Hom. 3. in
lon.*

*Confes. c. 4.
Ap. Feuar-
dentius. in
Theon. Cal-
uin.*

Dialog. li. 2

*In Aſſertio
art. 16. D
cap. Bab
Prop. 5. de
indulg.
In conf.*

*Inaſſer. cm.
art. 88.
T. de Indul.
T. 1. fol. 96
Quaſtio de
credere. fol.
170.
In ead. fol.
175.*

*Sermo. de
Indulg.*

*In Reſol. de
Indulg.
Apo. 12. ar.
conf. art.*

*Cõpend. tit.
18. ar. 3. de
Purgat.*

Bellarmin.

Purgatorio luunt, suffragari reffragantur, contra hos Lutheranos non pugnant Caluinita, & similes qui hoc cauillationis contentiosa commetum non refutant, sed Catholici qui Orthodoxiam Christiana ueritatis dignè sequuntur, recte heretica prauitatis deliramentum improbant, & fortiter impugnant in unum omnes, a quorum sententia quisquis sacras probat Indulgentias nequitiam abscedit, ut Hussus, qui & uenias, & amplissimam Pape potestatem a Deo traditam approbat solide, & Lutherus, qui non minus suis aduersatur Lutheranis, quam assentiat Catholicis, quando scribit hoc pacto: Mihi dubium non est Missam pro defunctis celebratam, meliorem, & efficaciorē esse, ad redimendas animas, quam sint Indulgentia. Hæc ipse, qui licet Missæ Sacrificium præstare concedat Indulgentias, tamē pro defunctis concessas ualere non addubitat, sed affirmat.

De Purg. C. de Indulg.

Quaestio de credere. fol. 170. Ser. de Ind.

Hussus, Lutherus.

Purgatoriu esse comprobatur.

Coccius.

CDXXX.

Vere contritos, & confessos, si ante præstitam satisfactionem decesserint, poenis Purgatoris ad finitum tempus torqueri negant Aerijs, Armenijs, Græci, Molcoita, Petrobrusiani, Henriciani, Vualdenses, Albigenes, Flagellantes, Vuicleuis, Piggardi, Lutherus, Zuinglius, Pseudomartyr, Caluinus, Bulligerus, Viretus, Causaus, Marloratus, Antonius Zadeel, Bernas, Aretius, Beza, Parentius, Maronista, Hugnostici, ac Demones per hæc organa sua, ac sectatores suos, quos merito repudiatos reliquere Diuina Oracula, Traditiones Apostolica, Concilia Nicænum Primum, Carthaginense Tertium, Quatum, Valense Primum, Valentinum, Aurelianense, Toletanum Vndecimum, Cabilonense, Triburiense, Moguntinum, ac Tridentinum, omnes Patres, omnes Sancti, omnes Doctores, omnes Theologi, omnes Orthodoxi, omnes Catholici, omnes quotquot vmquam, ut Coccius Feuardentius, & Bellarminus luce clarius, ac plerique alij illustrissimi Theologi ostendunt, fuerunt. Deinde idem credunt, ac docent Hussita quorum princeps dicit omisis alijs eiu dem locis: Quidam sunt in miseria uite præsentis in hoc Mūdo, alij in Purgatorio, alij in Cælo. Bis ergo dictum est miserere propter illos, qui sunt in Mundo, & in Purgatorio. Deinde uniuersitas Pragensis, quæ extat apud Hussi opera: credendo, inquit illa, fatemur tria receptacula Animarum solutarum a carne Cælum, Purgatorium, atq; Infernum. Amplius Pzribrauis constanter ait: Profiteor, & firmiter credo quod locus ignis Purgatoris post hanc uitam Animarum a corpore exutarum, & saluandarum quæ nõ ad plenum hac in uia per satisfactionis re medium purgatarum est ponendus. Deinde pluribus locis Purgatorium agnoscit Lutherus, unde inter alia inquit: Purgatorium nunquam negaui, & adhuc credo, & tape scripsi, & confessus sum. Atque aliubi: Mihi certissimum est Purgatorium esse. Nec multum me mouet quid blaterent hæretici, quando iam mille & plus centum anni sunt quod Beatus Augustinus in suarum confessionum libro 9. pro matre, & patre suo orat, & orandum petit. Et eadem sancta mater eius moriens (ut ibi scribit) memoriam sui optauerit ad Altare Domini. sed & a Beato Ambrosio id factum narrat. Quod si etiam tempore Apostolorum non fuisset Purgatorium (ut superbit fastidiosus Piggardus) nunquid ideo credendum est hæretico, uix quinquaginta annos nuper nato, & fidem tot seculorum falsam fuisse contendum? Maxime cum ipse nihil aliud faciat, quam quod dicit, non credo: & sic probauit omnia sua, & improbauit omnia nostra, quasi non & lignum, & lapis non credant. Idem confirmant Melanthon, Anhalдинus, Rhegius, & alij Lutherani. Post illos uero Mahometus ait: ignem Gehennæ non nisi numero dierum præterminato sentient, & ad diem ueritatis quilibet accedens operum suorum mercedem accipiet, Deo iudice nociuo nemini. Et rursum: Sciendum quidem neminem esse, qui non ad ignem, quoniã Deus

Artic. 5.

Ad c. 3. I. D. 10. et Ser. de Exeq.

Com. 1. ope. Hussi. f. 82.

In profes. f. 6. 23.

Aduer. Bal. 10. 7. fo. 131. 121. 39. de Purg. In Scol. de Ind. cõcl. 15.

In Alco. Ar. 5. In Alco. Ar. 19. C. 46.

Hussus.

Pragenses.

Hussita.

Lutherus.

Lutherus. hic scriptum carpi.

Mahomet.

hoc mandauit, proficiscatur, ubi corporaliter etiam increduli perseverabunt: timentes autem DEVM saluabuntur. Et iterum: si uellemus oculos uestris clauderemus ne purgatorium ignem transeundum uideritis. Inde Turcæ moderni hoc idem sentiunt, ac ferunt, qui de legibus, & religione Turcarum scripsit Ioannes Antonius Menauinus. Demum Iudæi idem docent Rabi Simeon, Menachem, Sioni, Abdias, Sephoni, R. Alphesi, R. Nisim Alphesij, R. Meir Ken, Gaboi, Midras, Rabiina Rij, R. Joseph Albo, R. Isaac Abuhab, R. Moses Alimosini, Baba Mezihā, Nedarin, CheleK, R. Bachaye, & alij plerique, ut apud Reuerēdum, doctissimumque Canonicum Bileneldianum Iodocum Coccium uidere licet.

CDXXXI.

Orationes, ieiunia, & eleemosynas, & alia eiusmodi studia, quæ fiunt a Fidelibus pro defunctis, qui de suis culpis non satis DEO fecerūt, improbat Piggardi, Luthetus, Calvinus, Bullingerus, & gregales. Probat uero Diui Apostoli: Oremus, inquiunt, pro fratribus nostris, qui in CHRISTO requieuerunt, ut DEVS summæ erga homines caritatis, qui animam defuncti suscepit, remittat ei omne debitum uoluntarium, & non uoluntarium, & propitius, ac beneuolus ei factus, collocet eum in regione piorum, & cet. D. CLEMENS Diui PETRI Apostolorum Principis Discipulus: Quotidiana Petri prædicatio inter cetera Diuina mandata hæc erant. Bonorum, inquit, operum inter cetera semina, & negotia sunt, quantum unusquisque sapit, & potest, totis intimi cordis uisceribus DEVM orare, pauperes recreare, infirmos visitare, mortuos sepelire, diligenter eorum exequias peragere, proque ijs orare, & eleemosynas dare. D. DIONYSIUS Diui PAULI Discipulus: Accedens venerabilis præsul, precem super defuncto sacratissimam peragit: & post orationem ipse quoque Pontifex defunctum salutat, & post illum qui adstant omnes. Tertullianus: Pro anima eius orat, & refrigerium adpostulat ei, & in prima resurrectione consortium, & offert annuis diebus dormitionis eius. Possem hic, sicuti & alibi sexcentis Orthodoxorū Patrum sententiis materiam hanc confirmare, sed abunde facit, quod inuui in primitiua Ecclesia hunc orandi pro defunctorum animabus ritum viguisse. Vnde liber hoc pro confirmationis conclusione Concilii Nicæni sacrosancti Oecumenici grauissimam planeque Euangelicam auctoritatē in medium adferre: Nuntietur de morte Episcopi omnibus Ecclesijs, & Monasterijs illius diocæsis, ut fiat oratio pro eo. Græci præterea, qui uenerunt ad Concilium Basileense, etsi Purgatorium negarunt, preces tamen pro defunctis fundendas probauerunt, dum sic scripserunt: Ecclesiæ pro defunctis preces cum iis, quæ ipsorum obitum antecesserunt, precibus coniunctas aliquid præstare posse, hoc etiam prorsus sancimus, credentes ijs, quæ de hac re a Patribus sunt decreta. Græci postea qui Venetijs quoquo pacto degunt: Defunctis opitulari preces eorum nomine factas dicimus concurrente cum his Diuina bonitate, & clementia, quæ ad huiusmodi peccata pleaque conuictæ, eaque mox condonat, nimirum si quæ ex imbecillitate humana commissa sunt, ut magnus ille Dionysius ait. His præterea post Montanum, uel ipsi quidem assentiuntur Turcæ, qui a sepultura sacerdotes indefuncti ædes reuertuntur, ubi conuiuio laure apparato dictis prius pro defuncti anima precibus, se exhilarant, & singuli, quinos a defuncti amicis apros accipiunt. Lutherus etiam dicit: Nostrium est Animarum, quæ sunt in Purgatorio, labori condolere, & succurrere, sicuti quibuslibet aliis quantumlibet fortiter patientibus. Ac iterum: Firmiter credendum est, & ego scio verum esse, quod Animæ in Purgatorio, ineffabilem pœnam patiuntur, & nos eas iuuare tenemur orationibus, ieiunijs, eleemosynis, & quo-

Turca.

Menauinus
Iudæi.

Coccius.

Orandi est
pro defun-
ctorum ani-
mabus.
Coccius.

Apostoli.

D. Clemens

D. Dionysii.

Tertullian.

Concilium.

Græci.

Tertullian.
Turca.
Menauinus

Lutherus.

Par. 2. c. 2.
Et 29. de
not. Turca.

Ibidem.

l. 6. ap. c. 11.
141.

Ep. 1.

Ecc. Hier.
c. 7. p. 2.Demoneg.
c. 10.Cano. 65.
Arab.De Purgat.
19. ubi.Ad Card.
Gusq. 10.De anima
in fin.De leg. &
rel. Turca.19.
Res. de Ind.c. 19.
In declar.
quor. art.

Melanthon.

cunque modo possumus. Et Melanthon: Orationes pro defunctis nullo modo prohibemus, & multo minus ab haeretico Aerio istamus. Iterum: sci mus ueteres loqui de oratione pro mortuis, quā nos nō prohibemus. Cum igitur pro mortuis nihil a Deo rite postulare possumus, si iam in aeterna re quie, & pace constituti sint, manifeste constat eos pro quibus orationes rite fiūt, adhuc retineri in loco aliquo donec plena peccatorū remissione obtēta ad quietē aeternā admittantur. Haecenus ex confessione Augustana, & Apo

Apol. Aug. ar. 22.

Anhaldin.

logia. Georgius praeterea princeps Anhaldinus: Non est a Christiana alienum pietate, quod ijs, qui obdormierunt, aeternam requiem, & beatitudinē optamus, & precamur, quemadmodum Ecclesia toto animi affectu illā eis optat, & loquitur. O Domine dona eis requiē, & lux perpetua luceat eis, & animā omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Ac idem docet Rh egius docte dicens: Non putat (Lutherus) a Christiana pietate alienum esse, si pro nostris defunctis semel iterum ex libera deuotione orauerimus. Caritas enim Christiana mire efficax uirtus est, nec se continet, quin

Conc. 3.

Rhegius.

& pro uiuis, & pro defunctis sit sollicita, ita ut membra, & hoc seculo emigrantia, pia prece commendat CHRISTO Domino. Erat haec olim, & nunc est in Ecclesia Catholica memoria defunctorum, quae euidens testimonium est Caritatis, & Fidei de gloriosa carnis resurrectione: & cum sit fidei fructus, quae per caritatem operetur, nemo eam reijcit, nisi Epicurus, & Sadducaeus, Eiusmodi memoriam defunctorum celebravit uetus Ecclesia, ut est apud Orthodoxos, a quorum sententia recedere non est tutum. Verum inter Hussitas clare fidem confitetur Catholicam Pztribrauis: Profiteor, & firmiter credo locum Pur gatorii post hanc uitam, & cet. quodque fideles sunt in uia ibi purgantibus, propter uinculum caritatis, & spiritus, possunt & debent ieiuniis, & orationibus, & eleemosynis, & alijs sanctis oblationibus pie suffragari.

l. de for. ca. lop. de Ecc. 55.

Pztribrauis

In prof. fid. c. 23.

Orationes pro defunctis sacris litteris probari.

CDLXXXII.

Caluinus, Bullingerus, Parentius, Aretius, Zadeel, Caluiniani. Hugnosti ci, Geneuani, Maronista; alique Satanā alumni doctrinam moliantur dē moniorum, dicendo orationem pro defunctis Scriptis sacris nusquam probari posse. Quod Catholica Ecclesia negat, quemadmodum apud Patres Sanctos, & Theologos, & Doctores omnes, qui haecenus in ea floruerunt, palam est; docent etiam hoc Catholici ex Canonicis Machabeorum libris. Vnde pro exemplo sic scribit Alphonfus Tostatus Abulensis: Non est dubium, quin post mortem maneat purgatio quaedam, & ad hoc assignetur locus purgatorius. Et patet primo quia 2. Mach. 12. dicitur: Sancta, & salubris cogitatio est pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur. Sed pro defunctis; qui in Paradiso sunt, non est orandum: quia non indigent: Etiam pro illis, qui in Inferno sunt, non est orandum: quia licet indigeant, non possunt iuari nostris precibus cum a peccatis absolui nequeant, &c. Relinquitur ergo, quod alii sunt, qui in caritate decedant, & in aliquibus peccatis, quibus competat purgatio, & de his intelligitur, quod a peccatis soluantur mortis orationibus nostris. Cum Ecclesia uero sentit Munsterus in uerba sapientis uiraginis Abigail ad Dauidem, erit anima Domini custodita quasi in fasciculo uiuentium apud Dominum DEVM tuum. Ita hanc Scripturam sane interpretatur: Sic enim bene precantur manibus defuncti, & tale uotum eius tumulo curat insculpendum: Sit anima eius colligata in fasciculo uiuentium. Inde Pellicanus tacite approbantibus Zuinglianis librū Tobiae inter sacras Litteras, & Canonicas affert Scripturas, in eoque eleemosynā, & orationes commendantur, ut pote quando dicitur: Panem super sepulturam iusti constitue: item: Obtuli orationes tuas Domino, quando orabas cum lachrymis, & sepe liebas mortuos. Item: probat

In Theo. li. 11. de Pur.

Alphonfus.

Ad cap. 75. Mat. 9. 81.

Munsterus.

Anno. in c. R. g. 29.

Conradus.

Cnm. in ob. prafat. ad lecto.

Beza.

librum Ecclesiastici, quo sapius pietas eleemosynæ, & orationis eiusmodi celebratur. Igitur multopere Catholicis fauit, sunt insuper, qui huic sententiæ ad stipulatum esse Caluinum scribunt. Beza ab hac doctrina non discrepat, etsi secum pugnet: Etenim in Psalmum: Venite exultemus Domino, &c. confitetur, quod ut synagoga continebat hunc Psalmum (sunt omnia eius uerba) dum offeretur iuge sacrificium, ita uetus Ecclesia Latina, distributis Cleri precibus, matutinas, preces & defunctorum exequias ab eodem Psalmo incohabat, & merito quidem. Hæc ille ceterum Lutheri testimonium equidem luculentum est, dicentis: Admitto illud 2. Machabæo. 12. Sancta & salubris est cogitatio orare pro defunctis.

Arg in p/a.
9.5.

Lutherus.

In Dissip.
c. de Purg.Purgatoriū
sacris litteris
probari.

CDXXXIII.

Io. Bunder.

Purgatorium Scripturis sacris probari posse negant Græci, Armenii, Nestoriani, Iacobite, Vualdenses, Rutheni, Albanenses, Lutherus, Bullingerus, & gregales. Hoc autem falsum, & hæreticum esse asserit Ecclesia per organa sua Diuos BASILIVM, EPHRAEM, EPIPHANIVM, IOANNEM Chrysostrum, THEODORETVM, per Origenem, Rufinum, Procopium Gazæum, per Diuos HIERONYMV, AVGVSTINVM, GREGORIVM Pontificem ter Maximum, & per alios Orthodoxos, asserunt pariter & ex sacris Scripturis probant omnes Iudæi ueteres, quos supra nominavi. Ceterum prestare duxi audire apud Græcos Origenem, & apud Latinos AVGVSTINVM. Horum prior ait: Spectat nos Angelorum chorus, uirtutum Cœlestium pia erga nos pendet expectatio, quando, uel quomodo de hoc prælio reuertamur, quid unusquisque nostrum manubiarum reportet, & intuentur curiosius, ac sollicitius perscrutantur, quis nostrum auri hinc amplius ferat, quis etiam argenti illud pondus exhibeat, quisue lapides deferat pretiosos, (sunt hæc uerba Apostoli i. Cor. 3.) Requirit etiam si quis æs deferat, aut ferrum, aut plumbum, sed & uas ligneum si forte aliquis, aut fictile, aut aliud huiusmodi magnæ domus usus necessarium, &c. Requiritur ergo diligenter cum abierimus illuc, quid unusquisque nostrum deferat, & secundum ea quæ detulerit, secundum quod labes eius pro contemplatione exuiarum probatur, etiam mansionis ei meritum deputabitur. Probantur tamen omnia hæc: quæ per ignem, per ignem: quæ per aquam, per aquam, Vniuscuiusque enim opus quale sit ignis probabit i. Cor. 3. Propterea ergo ait: Hæc est iustificatio legis, quam constituit Dominus Moyse: præter aurum, & argentum, & ærumentum, & ferrum, & plumbum, & stannum, & omnis res quæ transit per ignem, traduci te per ignem, & mundabitur. Sed & in aqua purificationis purificabuntur. Omnia quæcunque non transeunt per ignem, transibunt per aquam, & lauitis uestimenta uestra die septima, & mundi eritis, & post hæc introibitis in castra. Vides quomodo purificatione indiget omnis qui exierit de prælio uitæ huius. D. AVGVSTINVS posterior est, qui asserit: In hac uita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne non sit opus, propter illos, qui salui erunt, sic tamen quasi per ignem. Quare? Nisi quia ædificat supra fundamentum ligna foenum, stipulam; si ædificarent autem aurum, & argentum, & lapides pretiosos, & de utroque igne securi essent, non solum de illo æterno, qui in æternum cruciaturus est impios, sed etiam de illo, qui emendabit eos, qui per ignem salui erunt. Dicitur enim i. Cor. 3. Ipse saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Et quia dicitur saluus erit, contemnitur ille ignis: ita plane quamuis salui per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quam quidquid potest homo pati in hac uita. Hactenus Pater sanctissimus, & sapientissimus, cui plerique subscribunt Orthodoxi, imo om-

Compen. de
Purg. 11. 18.
ar. 1.

Græcus.

Hom. 25. in
Num.

Latinus.

Ad p/a. 37.

nes qui libros Machabæorum, & reliquos libros Canonicos Scripturæ admittunt, & gemane exponit, Purgatorium ex sacris litteris probant. Quod præterea ex Scripturis sacris apud hæreticos probat Hussus, dū dicit: Aliqui saluandi decedunt hic in peccatis, quod nos satisfecerunt commissi. Vnde illi secundum Apostolum 1. Corinth. 3. sicut lignum scænum, & stipula sūt triplati, & rec. Pztribrauius: Hanc de Purgatorio sententiam fundant pene omnes Doctores in dictis CHRISTI, dicentis aliquod peccatum non remitti, neque in hoc seculo, neque in futuro. Ac demum Lutherus Prothei, Polypi, Vertumnique alumnus: Ego credo fortiter, imo ausim dicere, scio esse Purgatorium: facile persuadeor in Scripturis de eo fieri mentionem: quemadmodum illud Matthæi inducit Gregorius in Dialogo: Non remittetur peccatum neque in hoc seculo, neque in futuro. Admitto & illud 2. Matt. 12. Sancta, & salubris est cogitatio orare pro defunctis, &c. Ego beatissimos Patres de numero Theologistarum non facio, qui Purgatorium cum ipsis confiteor.

In fid. sua elucidatio.

In prof. fid. c. 23.

In disp. lip. c. de Purg.

CDXXIV.

Sacrosanctum Missæ Sacrificium pro defunctorum fidelium animabus offerendum esse impie negant, & abominantur impudenter Hugonostici, ac Lutherani Hoc autem perpetrant facinus in gratiam Satanae, atque in odium, ac contemptum CHRISTI fidelium, qui ab Ecclesia DEI uniuersa ab ipsis Apostolorum temporibus hoc pie recitauit, atque passim tradidit, ut luce clarius Doctissimi Iodocus, Bellarminus, Feuardenius palam faciunt. Exempli causa: Diuus EPHRAEM: Fide obtulit Abel sacrificiū pacificum, Abraham etiam fide obtulit Isaac, qui ambo mortui sunt. Ex hac oblatione patet, & sentit anima, quando opus ea offertur Sacrificium. Non omnis, qui defunctus est, recordari meretur inter propitiatorium. Sūt defuncti, qui ipsum DEI Filium nequaquam agnoscunt. Mortui illi, qui comederunt corpus eius, & biberunt eius Sanguinem, hi sunt quorum æquū est mentionem fieri inter propitiatorium. D. CYRILLVS: Christum pro peccatis nostris mactatum offerimus, ut & nobis, & illis (defunctis) eum, qui est benignissimus, propitiū reddamus. D. AVGVSTINVS: Orationibus Sanctæ Ecclesiæ, & Sacrificio salutari, & Eleemosynis, quæ pro defunctorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, ut cū eis misericordius agatur, quam eorum peccata meruerunt. Hæc enim a Patribus uniuersa obseruat Ecclesia, ut pro iis, qui Corporis, & Sanguinis Christi communionem defuncti sunt, cum ad ipsum Sacrificium suo loco commemorentur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Diuus GREGORIUS: Si culpæ post mortem insolubiles non sunt, multorum solet animas etiam post mortem sacra oblatio Hostiæ salutaris adiuuare, ita ut hanc nonnumquam ipsæ defunctorum animæ experere nideantur. Hæc Orthodoxi Catholici, a quorum fide non discrepant Hussitæ. Namque Hussus hæresiarcha tantopere ab ipsis Hugonosticis pro sancto a Lutero (ante Bezam, Caluinum, Crispinum, ac Parentium, qui doctrinæ Euangelicæ, ac Ecclesiæ uocant reformatorem) nequiter laudatus, & turpiter celebratus Missam pro defunctis celebrare solebat, & celebrandum plurimis commendauit affeclis, ac demandauit, uti his eius uerbis lucide dignoscitur: Expediret, ut omnes nos Sacerdotes, cum omni deuota, piaque humilitate Missas pro defunctis celebraremus. Et iterum: Nil cupio aut intendo detrahere de Sacrificio Missæ. Prius enim prorsus sum, Hostiam salutarem esse pretium sufficiens ad redimendos omnes illos, qui sunt in Purgatorio. Et parum postea: Animæ defunctorum quatuor modis liberantur, scilicet uel oblationibus Sacerdotum, uel amicorum ele-

In Theol. li. de Purg.

In Theom. l. de Purg. li. 12. c. 38. de Purg.

Ap. seu. Ale xa.

Cat. 5. mys.

De ver. Ap. Ser. 30.

l. 4. Dial. c. 55.

To. 2. pap. 52. c. 58.

mosynis, uel ieiunij parētum, uel precibus Sanctorum. Si autem a me queratis, quisnam horum uideatur mihi maioris auxiliij defunctis? Responderem sine cunctatione, Hostiam esse salutare, ipsum scilicet IESVM CHRISTVM. Est enim fundamentum, ac redemptio capacissima animarum, quæ sunt in Purgatorio. Post hæc: Non dissuadeo (inquit ille) officium tristita Missarum, sed cupio digne celebrare pro defunctis, non tantum triginta Missas, sed tot. quot DEO iuante, celebrate petero: quini- mo exoptulo, ut omnes ceteri Sacerdotes idem etiam exequantur. Vna- queque Missa bonum est infinitum, quod fit pro illis, qui in Purgatorio de- tinentur, habita ratione oblatis sacrificij IESV CHRISTI, nimirum quod satis superque sufficiens est ad liberandos omni macula illos, qui Purgato- riis flammis torquentur.

CDXXXV.

Mortuorum hostes crudeles, & impii, cæcorum duces sepulturam mor- tuorum cadaveribus more Catholico habitam improbe improbant hæreti- ci Caluiniani, Geneuanæ hæresis ministri. Quorum diro lymphaticoque errori uniuersa abrenunciat Ecclesia, & tamquam suggestam Satanæ, Chri- stiani omnes abhorrent, & abominantur non modo, qui hoc seculo uiuunt sed quotquot prioribus seculis uixerunt, quemadmodum apud Dinos E- SEGIPPVM, EVSEBIVM, EVARGIVM, THEODORETVM, item Socratem, Sozomentem, Palladium, & alios Ecclesiæ Historicos illustres conspiceret licet. Quin imo tempore Diuorum Apostolorum uiros Dei timorem habentes religiose sepeliuisse D. STEPHANVM testatur D. LV- CAS: Quin etiam Diuus CLEMENS Apostolorum & ipse scētator hoc idem mandatum esse ab ipso Apostolorum omnium Principe, adeoque ab ipsomet Deo Optimo Maximo, testis est fidelissimus: Quotidiana Petri prædicatio inter cetera Diuina mandata hæc erat: Bonorum (inquit) ope- rum inter cetera semina, & negotia sunt, quantum unusquisque sapit, & potest, totis intimi cordis uisceribus DEVM orare, pauperes recreare, infir- mos visitare, mortuos sepelire, diligenter eorum exequias peragere, pro- que iis orare, & elemosynas dare. Hæc ille, qui ista etiam natura, quæ hucus- que Ecclesia Catholica retinet, refert Diuorum Apostolorum: Exequiæ mortuorum fiant tertio die adhibitis Psalmis, precibus, & lectionibus, pro- pter eum, qui tertio die a mortuis suscitatus est: die nono ad recordationē eorum, qui sunt superstitēs, & eorum, qui defuncti sunt: quadragesimo fiant secundum ueterem typum: Moysen enim sic populus fleuit, item anno exacto, ad habendam memoriam ipsius defuncti, & suppeditatur bo- nis eius operibus ad recordationem eiusdem. Hactenus Apostoli, quorum Traditionem scripta Discipulorum eorum, & Apostolicorum Patrum pri- mitiuæ Ecclesiæ satis superque probant, ac roborant, sed Diui GREGO- RIVS Nyssenus, IOANNES Chrysostrmus, IOANNES Damascenus, & complures Apostolicam, & agnoscunt, & prædicant. Hinc est quod uon modo idem probant Catholici, sed etiam hæretici contra hæreticos Gene- uanæ pestis ministros, Anglicanæ hæresis ministri id probant. His nam- que (ut Christianissimus Feuardentius Franciscanorum Pater, ac Sorbonæ peritissimus Theologus, hæreticorum acerrimus impugnator ex testimo- niis Geneuanorum ministrorum refert) cum mortuorum cadauera ad sua exportant cœmeteria, cœcinunt, ego sum resurrectio, & Vita, &c Scio quod Redemptor meus nuiuit, &c. Homo natus de muliere, &c. Audiui uocem de Cœlo &c. Kyrie eleyson, &c. Patet igitur, quod hi sepulturam mortuo- rum Ecclesiasticam probant.

Sepultura ec-
clesiastica
mortuorum
probatnr.

Feuardent.

D. Lucas,
D. Clemens

Apostoli.

Nyssenus.
Chrysostrm.
Damascen.

Feuardent.

Theo. l. 1. de
Trin.

In Act. Ap.
Ep. 1.

Lib. 8. cent.
Apost. c. 42.

Ap. Da. ser.
de defunct.
In epist. ad
Ph. 2. p. ser.
3. in Mera.
d'igret.
Or. de defū.
Diff. ministr.
Geneuanos.
Es. Anglica
no.

CDXXXVI.

Nouatiani eos qui ad resipiscentiam redirent, ac poenitentiam agerent, nolebāt absoluere, & ad communionem admittere, sicque Misericordiae Dei auari dispensatores, eiusdem semper resecatas fores occluderant. Illud semper Catholicis impium habitum est: prioribus uero seculis merito reiectū, & iuste condemnatū: de quo factū est, ut D. CALIXTVS Martyr primitiue Ecclesiae Oecumenicus Pontifex sic scribens loco omnium Doctorū Christianae Veritatis & Catholicae Orthodoxiae CHRISTI audiatur: Si aliquis lapsus quocumque modo fuerit, non perdamus eum, sed fraterno corripimus affectu, &c. Sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit poenitentiam, & tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus amarissimas lachrymas fudit, quando Dominum negasse poenituit, sed tamen Apostolus permansit. Et Dominus per Prophetam peccatibus ueniam pollicetur, dicens: Peccator in quacumque die conuersus ingenerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius. Errant enim, qui putant Domini Sacerdotes post lapsum, si condignam agerint poenitentiam, Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps uitam duxerint, & suū Sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi qui hoc putant, non solū errant, sed etiam contra traditas Ecclesiae clauēs disputare, & agere uidentur, de quibus dictum est: Quaecumque solueritis in terra, erunt soluta & in Caelo: Alioquin haec sententia aut Domini non est, aut uera non est. Nos uero indubitanter, tam Domini Sacerdotes, quam reliquos fideles, post dignā satisfactionem posse redire ad honores credimus testate Domino per Prophetam: Nunquid qui cadit, non adiciet, ut resurgat? Et qui aduersus est non reuertetur, &c. Et propheta Dauid poenitentiam agens, dixit: Redde mihi letitiam salutarī tui, & spiritu principali confirma me. Ipse namque post poenitentiam & alios docuit, & Sacrificium DEO obtulit dans tempus Doctoribus sanctae Ecclesiae si lapsi fuerint, & condignam poenitentiam DEO gesserint, utrumque facere posse. Haec ille Pontifex Maximus contra catholicissimū Orthodoxorum omnium dogma quod ipsi haeretici Flagellantes, Vualdenses, Hussitae, Lutherani, Calviniani, Anabaptistae, & alii nec admittunt, nec probant, sed Catholicam assequuntur sententiam. Exempli enim gratia confessarii multarum impietatum nō impie iniquunt. De Poenitentia docent, quod lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocumque tempore cum conuertuntur. Et quod Ecclesia talibus redeuntibus ad poenitentiam debeat Absolutionem impertiri. Damnantur Nouatiani, qui nolebant absoluere lapsos post Baptismum, redeuntē ad poenitentiam.

CDXXXVII.

Aegrotantium ad mortem Sacramentum nempe Extremae Vnctionis Armeni, Vualdenses, Albigenes, Lollardi, Flagellantes, Thaboritae, Vualdeus, Lutherus, Melanthon, & Calvinus negant. Contra uero istud olim astruxit sacrosancta Dei Ecclesia in sanctissimis Conciliis Nicano Primo Cano. 69. Arabico, Cabilonenſi Secundo cap. 45. & in aliis, atque nuper in sacrosanctis generalibus Conciliis Florentino, & Tridentino, sed audiamus Florentinum, suo postea loco audituri Tridentinum: Quintum Sacramentum extrema Vnctio est, cuius materia est oleum oliuae per Episcopum benedictum. Hoc Sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari nō debet, &c. Haec in eo a quo nemo, qui uerbi Dei aliquid tenet, abscedit, neque qui non nihil Christianae Fidei retinet ab hoc recto Veritatis tramite uel tantillum declinat. Hinc quoque Dogma Veritatis Christianae illud idē

Misericordia aditus nemini occludendus resipiscenti. D. Cyprian.

D. Calixt.

Coccius.

Protestantes

Sacramentum extremae Vnctionis probatur Iodocus.

Concilium.

Lib. 4. Ep. 2

Ep. 2.

Lib. 8. art. 3 de sig. Eccl. Conf. Aug. art. 12.

Lib. 3. de Extr. Vnct. art. 6.

In lit. univ.

Vuiclemus.

Huffus.

RoKiZana.

Lutherus.

Euuardent.

Sacramentum Extre-
me Vnctio-
nis Gratia
conferre.
Coccinus.

Concilium.

Henricus
Octauus rex
Anglie.
Huffus.
Vualdes.

Ordo est Sa-
cramentū
noue legis.

Coccinus.

Orthodoxi omnes Patres, Doctores Theologi, & uniuersa Christi Catho-
lica Ecclesia credunt, docent, tenent, prædicant, & confitentur, quod egre-
gie probant schismatici, asserunt itidem Græci, quinimo Vuicleus: Est
Extrema Vnctio signum efficax, & finalis, & uniuersalis remissionis pecca-
torum, per unctionem infirmi penitentis in determinatis partibus cum o-
leo oliuæ, & ab Episcopo consecrato, ministrato a Sacerdote, uerba cum in-
tentione debita proferere. Idem docet Ioannes Huffus tam fuse, ut pigeat
hic referre, præter pauca: scribit itaque: Inducat, non dicitur, inducatur, per
quod innuit, quod hoc Sacramentum est solis petentibus uerbo, uel signo
aperto. Vngentes eum, scilicet infirmatum, ex quo patet, quod oleum, &
Vnctio, est efficacia huius Sacramenti: Oleo scilicet consecrato in nomine
Domini. Et alia Glossa formam consecrationis ostendit. Et post plura: Fuit
hoc Sacramentum institutum ad alleuationem infirmi, & remissionem
peccati. Vnde & vnctio ibi est, & oratio: oratio autem non semper impe-
trat, quia non semper expedit infirmo quod petitur. Ideo non semper alle-
uiatur: sed si in peccatis est, indigne suscipit Sacramentum, quod semper
impetrat remissionem peccati, quantum est de se: quia est Sacramentum
nouæ Legis, idcirco efficit, quod figurat. Deinde Ioannes RoKizana dicit:
Ad Sacramentum Extremæ Vnctionis, quod nunc plerique derident, &
blasphemant, iam accedendo dico, quod illud Sacramentum habetur, pri-
mo ex Euangelio Marci 6. Secundo ex Canonica B. Iacobi. Idem comprobat
Lutherus, ut in mortis articulo positus sacra Vnctionis Sacramentum exhi-
beatur. Deinde Anglicanæ scabiei ministri hoc Sacramentum (ut apparet)
probant, ex quo dum aliquem morbo oppressam ut difficiliore ægritudine
collapsam adeunt domum ingressis: Pax huic domui, Ne reminitcaris, &c.
Orationem Dominicam, Symbolum Apostolicum, distincta elataque uo-
ce pronunciant; submissam, & secretam audiunt peccatorum confessio-
nem; Absoluunt ab illis sub hac recepta formula; Absoluo te ab omnibus
peccatis tuis.

CDXXXVIII.

Gratiam non conferre hoc Sacramentum Extremæ Vnctionis asserunt
Lutherus, Caluinus, Melanthon, & alii cyclopes Inferni, quos qui adorant
in Spiritu, & Veritate DEVM refellunt, & aliter Orthodoxi quique cum
olim tum modo iuxta uerbum Dei Apostolicum, & Euangelicum tradide-
re. Quocirca in Concilio Tridentino ex Orthodoxis rotius orbis Christiani
Doctoribus, uniuerse congregato Christianissime hoc ipsum his uerbis sta-
tutum est. Si quis dixerit sacram infirmorum Vnctionem non conferre Gra-
tiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos, sed iam cessasse, quasi
olim tantum fuerit gratia curationum, anathema sit. Hoc hæctenus ille ex
diametro pugnans cum impiis hæreticæ perfidiæ filiis, quos confutant Vui-
cleus, ut antea constitit, & Huffus, qui dicit: Quare non datur, nisi infir-
mis, ac in statu ubi desperatur de ipsis, ut ubi deest auxilium naturæ, quæra-
tur auxilium Gratia, quæ datur in Sacramento. Consentiunt isti Vualden-
ses: Aegrotantium Vnctio duo in se continet. Primum causam facilioris
accessus ad languentes. Hac re Sacramentum non est. Alterum res est ipsa
signata tali unctione, quæ tribuitur a Deo in Christo, pro qua re in recta fi-
de, ut languenti fidei id condonetur præcipue orandum est, B. Iacobi præce-
pro: infirmatur quis in uobis, &c. Fide ægrotantis signum unctionis cer-
tificat scelorum remissam.

CDXXXIX.

Ordinem non esse sextum nouæ legis Sacramentum garrunt capita im-
pietatis Diabolicæ, randem, Lutherus, Melanthon, Caluinus, Chytraus, &

Ad e. 1. 1.
ad cor.

In e. 5. lac.

De Sacr. e
15.

Lib. de pot.
Pape & de
pre. ad mor.
lib. 1. de S.
Trin.

Ibidem.

Lepfo. 14.
Canc. 2.

Afferio. 7.
Saceram. de
o. e. 7.
Ad e. 5. lac
In conf. est.
104. 8 de ar
tic. 2. de sig.
Ecl.

Lib. 8. ar. 1
de ord.

Luthe-

Apostoli.

Lutherani, & Calviniani una cum suis gregalibus. Quos repudiatos uoluerunt olim Apostoli sanctissimi, qui inter cetera hæc statuere: Neque Laicis, imo neque Clericis potestatem baptizandi facimus, ut lectoribus, cantoribus, ianitoribus, aut ministris, nisi tantum Episcopis, aut Presbyteris, ministrantibus Diaconis. Quid uero hoc ausi fuerint, pœnas coritarum pœdet. Neque Presbyteris potestatem damus ordinandi Diaconos, aut Diaconissas, aut lectores, aut ministros, aut cantores, aut ianitores, sed Episcopis tantum. Hic enim Ecclesiasticus ordo, & concertus. Idem prorsus docent Diui DIONYSIVS Eccl. Hierarch. capit. 5. IGNATIVS ad Smyr. BASILIIVS in Ampho. ZEPHRINVS Ecclesiæ Episcopus Oecumenicæ Epist. 2. & quam plurimi. Pariter constabunt eadem eisdemque similia apud Græcos concilia Ancyranum, Chalcedonense Oecumenicum, & apud Latino Bracarense & Hispalense & Tridentinum Oecumenicū, & eo prius Florentinum Oecumenicum in quo hæc Christianissima doctrina Orthodoxe traditur: Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presbyteratus traditur per calicis cum uino, & patenæ cum pane porrectionem: Diaconatus uero per libri Euangeliorum dationem: Subdiaconatus per calicis uacui cum patena uacua superposita traditionem: & similiter de aliis, per veram ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma Sacerdotis: Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro uiuis, & defunctis in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et sic de aliorum Ordinum formis. Ordinarius minister huius Sacramenti est Episcopus. Hactenus Catholici apud quos accedunt Græci, Hussitæ, Vuicleuistæ: quæ amobrem Vuicleuus ait: Quædam Sacramenta per se Christus promulgauit ut Baptismum, Eucharistiam, Ordinem, & Pœnitentiam. Hussus præterea: Non iterantur Sacramenta, quæ relinquunt in suscipiente characterem, ut Baptismus, Confirmatio, & Ordo. Inde ROKIZANA: Per Sacramentum Ordinis Ecclesia ordinatur, & gubernatur & in filios Ecclesiæ gignitur. Postea Pzribrauus: Sacramentum Ordinis duntaxat ab Episcopis est conferendum. Exemplum huius est in tota Lege noua, & uetere, ubi numquam aliter inuenitur, nisi quod a Deo immediate, uel ab Episcopis sint Sacerdotes & Episcopi consecrati. In noua Lege exemplum est in Christo, qui existens Episcopus summus Apostolos in Episcopos ordinauit, & illi ulterius Episcopos, & Presbyteros. Ac Vualdenses: Quicumque Clericus tali ordinatione prouehitur in Sacerdotium, talem ordinationem Sacramentum esse profitemur: quoniam quidem signum sunt ueritatis Sacerdotis summi Christi Iesu, eiusdemque ordinatione a Patre Deo. Et Lutherus: Omnium Ecclesiasticorum idem Baptismus, eadem confirmatio, idem uerbum Dei, idem Sacerdotium, eadem Pœnitentiæ, Unctio nis, Matrimonii, & omnia Sacramenta. Extremo loco iisdem assentitur Melanthon, scribens de numero Sacramentorum sibi incostans est, sic scribendo: Mihi maxime placet etiam addi Ordinationem, ut uocatio, id est uocationem ad ministerium Euangelii, & publicam eius uocationis approbationem.

Lib. 3. con. Ep. Ap. c. 11.

Concilium.

In doctrin. de Sacram.

Vuicleuus.

Ad c. 11. Cor.

Hussus. Hussita.

Ad c. 5. 1a. De Sac. c. 1.

Hussita.

In profes. s. c. 11.

Vualdenses.

In Confes.

Lutherus.

De Potestate Epapa.

Melanthon.

Postre. edit. loc. com. ca. de num. Sacrament. Postre. edit. loc. com. ca. de num. Sacrament.

Sacramentum Ordinis confert Gratiā. Damasc.

CD XL.

D. August.

Negant Messaliani, & Lutherus Sacramentum Ordinis conferre Gratiā. Quorum dogma Orthodoxa execratur Ecclesia tota, cuius os sacratissimum D. AVGVSTINVS: Quod insufflasse in discipulos Dominus legitur post dies paucos resurrectionis, & dixisse: Accipite SPIRITVM SANCTVM, Ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in traditione Dominica per SPIRITVM SANCTVM aguntur, idcirco cum regula eis, & forma traditur huius disciplinæ, dicitur eis: Accipite SPIRITVM SANCTVM. Et quia uere ad ius Ecclesiasticum pertinet, ita

De hereses. Lib. 9. uet. & not. Test. q. 93.

tim subiuit, dicens: cuius tenueritis peccata, tenebuntur: & cuius remiseritis remittentur ei. Inspiratio ergo hæc gratia quædam est, quæ per traditionem in funditur ordinatis, per quam commendatores habeantur. Vnde Apostolus dicit ad Timotheum: Noli negligere Gratiã quæ in te est, quæ data est tibi per impositionem manuum Presbyteris. Semel ergo fieri oportet, ut de cetero traditio ista nõ sine dono Spiritus Sancti esse crederetur. Hactenus Orthodoxus Pater, cui subscribunt omnes Orthodoxi, quibus præterea subscribunt Vualdenses, Vuicleuus, Hussus, & Hussitæ: Credimus ordinationem Sacerdotum, dicunt Vualdenses, ut in loco legationis Christi ministerium, euangelizatio, iudicium, oblatio orationum ab hominibus gratiarum actiones, laudes Dei ab eis peragantur. Et Hussus Character excellentiæ, & dignitatis imprimitur in Sacramento Ordinis.

Roffensis.
Vualdensis.

Hussus.

Papa, & Episcoporum
venie approbantur.
Luticburg.

Concilium.

Concilium.
Concilium.

Lutherus.

Melanthon

Sacerdotium
noue legis
astruitur.

D. Ambrosius.

D. Hilarius

D. Cyprianus.

D. Prosperus.

CDXLI.

Summorum Põtificum, Episcoporum, & Sacerdotum Absolutionem, & indulgentias, seu potius Venias post Ioannem de Vuesalia passim diffinitur Lutherus optata lucra ex eis non ualens assequi. Cõtra hos sacra pugnat Orthodoxia Sanctorum Doctorum, Ecclesiæque catholice uniuersa Auctoritas: In Concilio enim Lateranensi generali moderatur excessum quorundam Episcoporum, quæ utebantur dum Venias conferebant, propterea quod sic clauis Ecclesiæ contemptui habebantur, & Pœnitentiæ satisfactio eneruabatur. Pari modo utitur Concilium Viennense quorundam reprehendens, corrigensque in conferendis veniis abusos. Concilium præterea Constantiense Oecumenicum iure meritissimo condemnat, & execrationi ac maledictioni subiicit talem perfidiosi, ac sannionis, & infamis fatui Vuicleui articulum: Fatuum est credere Indulgentias Papæ, & Episcoporum. Hæc ille profligatissimus Auerni incola, cuius conciuis, ac nepos Lutherus, qui simul cum Orthodoxis Ecclesiæ CHRISTI Romanæ omnibus Catholicis eas recte asserit, quando dicit: Indulgentiæ tollunt pœnas a Põtificibus, & Sanctis Patribus impositas, &c. Tenentur Episcopi, & Curati Veniarum Apostolicarum commissarios cum omni reuerentia admittere. Hæc ille, cui quadrat quod Melanthon egit, quippe in comitiis Augustanis, ei in schæmalcaldicorum articulo subscriptione, maximo impiorum omnium odio, Episcopis, Pontificique Ecclesiasticam iurisdictionem reliquit.

CDXLII.

Sacerdotium asserit D-AMBROSIVS: Post Episcopum Diaconatus ordinatione subiecit. Quare? Nisi quia Episcopi & Presbyteri una ordinatio est? uterque enim Sacerdos est. Sed Episcopus primus est, ut omnis Episcopus Presbyter sit: non tamen omnis Presbyter Episcopus, hic enim Episcopus est, qui inter Presbyteros primus est. Denique Timotheum Presbyterus ordinatum significat, sed quin ante se alterum non habebat, Episcopus erat. Hæc ille, idem etiam, sic ut & Chrysostomus, de Sacerdotali dignitate librum edidit peculiarem. D.HILARIUS item aduersus Constantiũ Cæsarem Sacerdotum meminit, inquit: Tu Paulinum beatæ passionis uirum blandimento sollicitatum relegasti, & Ecclesiam sanctam Treuerorum tali Sacerdote spoliasti, &c. uiam sibi omni per populum crudelitate pandentes protraxerunt de Altario, Sacerdotes. D. CYPRIANVS: Qui Christo non credit Sacerdotem facienti, postea credere incipiet Sacerdotem vindicanti. Quamquam sciam omnia ridicula, & uisiones ineptas quibusdam uideri, sed utique illis, qui malunt contra Sacerdotes credere, quam Sacerdoti D. PROSPER. Ad Sacerdotum officium pertinere probatur, ut inquietos Sacerdotali auctoritate corripiant, rudes doceant, contradic-

In Assert.
art. 1.

In confes.
In 5. c. 1. ac.

Cat. heret.

De pœn. &
re. in.

Tit. in. de.
Abusio.
Sessio 8.

De captiu.
Babil. & de
ind. conf.
In resol. de
ind.
To. 6. Sen.
fol. 22. ex
tribu. in
psend. Vnit.

Sup. Ep. Tr.

Cont. conf.
Cesar.

Ep. ad Flor.
Pupia.

Li. de V. C.
c. 4. & 2.

tes sanæ doctrinæ redarguât &c. Ac loco alio lib. eodē: ipsis proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est, qui pondus populi sibi commissi uiriliter sustinentes, pro peccatis omnium uelut pro suis infatigabiliter supplicat Deo, ac uelut quidam Aaron incensum contriti cordis, & humiliati spiritus offerentes, quo placatur Deus, auertunt iram futuræ animaduersionis a populo, qui per Dei gratiam fiunt diuinæ uoluntatis indices, Ecclesiarum Christi post Apostolos fundatores, fidelis populi duces, Veritatis assertores, prauæ doctrinæ hostes, omnibus bonis amabiles, & male sibi consis, etiam ipso uisu terribiles, uindices oppressorum, patres in fide Catholica regenerantium, prædicatores cœlestium, primi phalanges (al. præliantes) inuisibilium præliorum, exempla bonorum operum, documenta uirtutum, & forma fidelium. Ipsi tunc Ecclesiæ, decus, in quibus amplius fulget Ecclesia. Ipsi columnæ firmissimæ, quibus in Christo fundatis, innititur omnis multitudo credentium. Ipsi ianuæ ciuitatis æternæ, per quos omnes qui credunt, ingrediuntur ad Christum. Ipsi ianitores, quibus clauis datae sunt Regni Cœlorum. Ipsi etiam dispensatores regni domus, quorum arbitrio in aula Regis æterni diuiduntur gradus & officia singulorum. Hæc illæ, quæ Orthodoxi omnes comprobant, ut puta Arnobius, Gēnadius, Origenes, Tertullianus, Diui HIERONYMVVS, CYRILLVS, IOANNES Chrysostronus, AVGVSTINVS, GREGORIVS Nazianzenus, EGESIPPVS, IGNATIVS, POLYCARPVS, DIONYSIVS, & CLEMENS contemporanei Apostolis. Ex quorum comprobatione Christianæ fidei certissime colligit B. IOANNES Fischerius, qui eodē citat haudquaquam Sacerdotium heri aut nudius tertius, sed ab ipsis Ecclesiæ primis unguiculis institutum fuisse. Quare cum Lutherus nullum Orthodoxorum afferre possit, qui libro quouis edito contrarium testetur, sed nec scripturæ syllabam aliquam producere queat illorum Patrum assertionibus reclamantem, quid prohibebit quo minus ipsi contra Lutherum de ueritate Sacerdotis iustissime præscribamus? Nihil utique Lutherus habet, quod hæresi suæ faueat. Hæc ex illo, qui & alia multa grauissime, & Christianissime scribit aduersus Lutheri librum de quo nullum, ait, umquam uidi pestilentiorum, infamiorum, impudentiorum, cui de abroganda Missa titulum adhibuit. Ad hæc Philo Iudæus, qui & D. PETRO familiaris Romæ fuisse traditur, partem adiuuat Catholicam, in libro cui titulum fecit de uita theoretica supplicum, de Christianis loquens qui partes Aegypti circa Alexandria incolabant, mentionem facit Sanctorum ministrorum, atque Sacerdotum, & Episcopi, docens quomodo Sacerdotes, ac ministri exhibeant officia sua, uel quæ sit super omnia Episcopalis apicis sedes. Stant insuper a parte catholica Valentiani hæretici, Ariani, Donatistæ, Nouatiani, Pelagiani, Berengariani, & alii prodigiosi eiusdem farinae homines. Ceterum facinorosissimus sacrilegus Lutherus proculcato Christi Sacerdotio Sacerdotium uniuersum adeo insectatur, ut Sacerdotium nouæ legis nullum esse dixerit, ac potius blasphemauerit, non solum in odium, & despectum Catholicæ Romanæ CHRISTI Ecclesiæ, sed & aduersus sectæ suæ primipilos nempe hæresiarchas Vuicleuum, & Hussum, atque pariter cōtra hæreticos Vuicleuistas, Hussitas, Græcos, Vualdenses, atque etiam seipsum, quippe qui sic scribit: Sacerdotes Christi honorandi sunt, iuxta illud Apostoli: Presbyteri, qui bene præsunt duplici honore digni sunt. Et alibi: Per omnem Ecclesiam nullus nisi Sacerdos solus, Missam audit totam, magno scilicet illo Sacramento, quod Christus uerus Sacerdos, quamquam multa operatur in Ecclesia per externa Sacramenta, & uisibiles cœremonias, in quibus ei fideles concinunt, & cooperantur, sicut clerus nunc facit Sacerdoti in cantu, oratione, & responsione, tamen plurima agit inuisibiliter pro nobis apud Deum, quæ populus, & Ecclesia eius non uidet, neque percipit. Et alio loco: duplici sic modo confitendi instructus: uno quæ Sacerdoti

Roffensis.

Philo.

B. Iohannes Fischerius.

Lutherus.

Sacerd. def. con. Luth. cong. 1.

Ap. D. Euf. lib. 2. c. 17.

Sacerd. def. cont. Luth.

De uita. Saxo. Deca. pracepto. do 3.

Contra de fœnit.

Caluinita. omnia manifeste mortalia confitearis, alio quo Deo confitearis reliqua omnia. Hæc ille, cui ad stipulantur, sibi uero dissidentes Caluinita, dum inquit: Nos focii sumus Sacerdotij Christi. *In Catech. c. 6. Dom. 6*

Episcopi a solis Episcopis ordinantur.

Iustus Ion.

CDXLIII.

Tribonian.

Tertullian.

Tribonian. Synodus.

Synodus.

Centuriani

Sacerdotes a solis Episcopis consecrantur.

Henricus Orlanus.

Lutæburg.

Apostoli.

Concilium.

Concilia.

Plane insanit, ac furit insanus furensque Lutherorum primicerius, quando docet, ac cenet doceri, Episcopos a Presbyteris, & aliis Sacerdotibus consecrari posse. Hoc ipsum Lutherus aliquando monachus, postea omni auctoritate spoliatus, & doctoratu ipso exutus, facinoribus suis palam probauit: episcopum enim fecit publice, maximo in templo, frequentissimo populo, episcopalem potestatem impertit, consecrauit denique Presbyteros, & episcopos. Idem uero librum edidit hac ridicula temeraria, & impia inscriptione. Exemplar uerum Christianum Episcopum consecrādi. Hæc ille de consecrationibus seu potius profanationibus more hæreticorum faciendis, quas hæreticorum ordinationes, dignis titulis iam olim Tertullianus uocauit, temerarias, leues, inconstantes. Quas merito Orthodoxi Patres Ecclesiae Christi Euangelicis, & Apostolicis agiographis imbuti, publicis scriptis, statutis, ac gestis semper reprobauerunt, atque usque ad hunc diem reprobant. Vnde Concilium Nicænum Secundum non infime obseruandum sic sanxit: Omnis electio, quæ fit a Magistratibus, Episcopis, Presbyteris, uel Diaconis irrita maneat. Oportet enim eum qui est promouendus ab Episcopis eligi. Item Concilium Quartum Constantinopolitanum: Sancta inquit, & uniuersalis Synodus definit, neminem laicorum Principum, uel Potentum semet inferre electioni, uel promotioni Patriarchæ, uel Metropolitani, aut cuiuslibet Episcopi, præsertim cum nullam in talibus potestatem, quemlibet potentium, uel ceterorum laicorum habere cõueniat, sed potius silere, ac attendere sibi, usquequo regulariter a collegio Ecclesiae suscipiat finem electio futuri Pontificis. Hoc idem senserunt Ariani, deinceps Vuicleuistæ, Hussitæ, Vualdenses, & alii superiores hæretici, uel quod Sacramentum sacri Ordinis agnouerunt, uel quod ritum istum probauerunt cum Ecclesia Orthodoxa, & Apostolica. Vnde ipsi quidam hæretici Centuriatores Magdeburgenses fatentur primos Episcopos, non nisi ab Apostolis constitutos esse.

CDXLIV.

Consecratio Sacerdotum non nisi ab Episcopis exhibetur, quod tamen Lutherus apostata excucullatus facta sibi a Satana licentia, ac auctoritate in nomine Diaboli Pomeranum fecit pseudoepiscopum, hoc est vulpes lupum, & sui gregales idem dogma non negant. Sed hoc inficiantur ab initio Christianæ Ecclesiae Catholici omnes ab ipsis Ecclesiae incunabulis: Extat enim Canon Apostolicus præter alia plura Diuorum Apostolorum statuta, qui talis est: Presbyter ab uno Episcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici. Rursum: Iubemus ut Presbyter, Diaconus, & reliqui Clerici ab uno Episcopo ordinentur. Atque, ut omittam, qui idem tradunt Apostolorum eorum discipuli Diui CLEMENS, DIONYSIVS, IGNATIUS, POLYCARPVS, MARTIALIS, ANACLETVS, & Apostolici Diui IUSTINVS, IRENAEVS, CYPRIANVS & alii, Conciliū mox citabo Oecumenicum Nicænum Primum: Si qui sunt ex dioecesi ad sacros Ordines eligendi, primum quidem adducendi sunt ad Episcopum, postea examinēt eos Archidiaconus, & Chorepiscopus, & uideant an idonee, & intelligenter legant scripturas, & an sciant leges Sacerdotales, & statuta Ecclesiae. Et in Carthaginensi Tertio & Quarto, ac Arelateni Primo: Presbyter ab Episcopo ordinatur eum benedicente, & cetera. Presbyter in

In Ist. de exc. et fun. Luth.

In Pseudo iud. Hun.

D. presc. ha. ret. cap. 4. 1.

In Hun. ps. iud. confu. Cano. 3.

Cano. 28.

Cent. 5. lib. 2. c. 2.

Affert. 7. sa. crament. d. o. Ord. Cat. k. 2.

Can. Apost. Conf. Ap. lib. 3. c. 20.

Cano. 60. ex Arab.

Cap. 3. c. 3. 36. cap.

Papa. Consulto Episcopo non reconciliet poenitentem, Virgines non consecret, &cet. Presbyteri sine conscientia Episcopi nihil faciunt. Diuus praterea ANACLETVS: Sacerdotes a proprio ordinentur Episcopo. Sed a Catholicis de quorum fide, & doctrina in hac re nemo fortasse addubitat ad haereticos oculum adiciam. Cum Catholicis itaque pariter sentiunt Vualdenses, qui sic habent scriptum in sua confessione: credimur Ordinationem Sacerdotum a summo Episcopo Sacerdoreq; magno in veritate pro-
Vualdens. Pzribranus dide, &c. Item Ioannes Hussita dicit: Sacramentum Ordinis duntaxat ab Episcopis est conferendum. Exemplum huius est in tota lege noua, & uetere, ubi numquam aliter inuenitur, nisi quod a Deo immediate, uel ab Episcopis sint Sacerdotes, & Episcopi consecrati. In noua lege exemplum est in CHRISTO, qui existens Episcopus summus, Apostolos in Episcopos ordinauit, & illi ulterius Episcopos, & Presbyteros. Denique Lutherus ipse eadem sic firmat: Vocatio Ministrorum, quae Diuina, & vera est duobus modis accidit: inde uero prosequitur. Vocationem qua suam mentem declarat, & Sacerdotes, & ceteros Ecclesiae ministros ab Episcopis ordinandos esse fusius, & euidentius patefacit. In eo uero, & alii Lutherani, alioqui, & ipsi haeretici eidem non aduersantur & pietatis Catholicae morem perditis moribus suis sectantur, & quoquo pacto adnuntiant: quod quidem lippis, & tonforibus notum est.

Ep. 2.

In confes. In prof. fid. c. 11.

Lutherus. **CDXLV.**

Ad c. 1. Ep. ad Gal so. 1 c. 8.

Diaconoru Ordo probatur. Ordinationi Presbyterorum succedit Diaconorum ordinatio, quam pro modestia Euangelica & pro Christiana pietate, si ironia ludere expedit rebus tam seriis, reiicit Calvinus qui Diaconorum ordinem penitus adimit, quae damnat Diuus IGNATIVS Deifer: Oportet, & Diaconos mysteriorum CHRISTI ministros per omnia placere. Quid Diaconi, quam imitatores Angelicarum Virtutum? qui purum, & inculpatum ministerium Episcopis exhibent, ut S. Stephanus Beato IACOBO, D. CYPRIANVS: Meminisse Diaconi debent, quoniam Apostolos, idest Episcopos, & praepositos Dominus elegit: Diaconos autem post ascensum Domini in Coelos Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui, & Ecclesiae ministros. Iterum: Perstitit Diaconus, & reluctanti licet de Sacramento Calicis infudit. D. CAIUS Pontifex Maximus: De Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorumque, & sequentium Clericorum Ordinationibus Sanctos Apostolos, & Successores eorum, & praecipue Anacletum, & praterea alios sufficienter statuiffe cognouimus. Haec ille, quae Successor D. ANACLETI D. EVARISTVS ante ipsum astruerat, sed plura sunt quam hic referri possint, quae a Catholicis Patribus, summis Ecclesiae Pontificibus, Oecumenicis Synodis, & sacris Conciliis, de diaconatus ordine catholice asseruntur. Quem quidem ipsi alumni Domini Diui Apostoli ipsorum Conciliorum Hierosolymitanum, praecipua deinceps, & antiquiora multa Concilia, ut Euangelica spectata, & summi Dei Vicarii simul cum communi Christianorum consensu, & omnium Orthodoxorum sententia, atque Ecclesiae CHRISTI Catholicae doctrina recipiunt. Quin etiam illum ipsum admittunt Iconomachi, Graeci, Vualdenses, Anglicani, Vuicleus, qui ait: Tempore Pauli sufficebant duo ordines, Sacerdos scilicet & Diaconus.

Instit. her. 4. lib. c. 19. de haeret. Ep. ad Nemo Dac.

Ep 65.

Lib. de Lap sis. Epist. ad Fel. ep.

Epist. 1.

Lib. 1. de S. Trin. Trial. c. 13.

Fouardent. Vuiclefus. **CDXLVI.** Subdiaconorum, Lectorum, Exorcistarum, Acolyticorum Ordines repudiant Graeci, Sagarelli, Vuicleus, & Calvinus. Non autem repudiat D. IGNATIVS, qui ait: Saluto sanctum Presbyterorum colle-

Lib. 8. ar. 3. de ordine. Ep. ad Ant.

D. Anacle.	gium, saluto sacros Diaconos, saluto Hypodiaconos, Lectores, Cantores, Ianitores, Laborantes, Exorcistas, Confessores. Neque D. ANACLETVS: Episcopus in solemnioribus diebus, aut septem, aut quinque, aut tres Diaconos, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti uestimentis in fronte, & in tergo stent. Neque	Ep. 1.
D. Cyprian. Concilium.	D. CYRIANVS, qui Subdiaconorum, Lectorum, & Acolytorum meminit. Nec Concilium Antiochenum anno 340. celebratum. Chorepiscopis instituere permittitur Lectores, & Subdiaconos, atque Exorcistas, quibus sufficiat istorum tantum graduum licentiam accepisse. Sed Arrianus Calvinus, qui Filio DEI Deitatem abrogare conatus est, & quasi Auerni fannio CHRISTI ministros, Diaconos, Subdiaconos, & reliquos traducere, & abolere totis conatibus attentauit, exempla habet Arrianorum, quorum spiritu imbutus, perditos eorum mores, impium flagitiu, atque Ethnicam doctrinam sectatur. Arriani enim, narrat D. ATHANASIVS Magnus Arrianorum veterum, & recentiorum profligator, rapuerunt Eutychem Subdiaconum uirum probe Ecclesie inseruietem quem scuticis ad mortem usque curauerunt uerberari. Haecenus D. ATHANASIVS Subdiaconorum praeterea, & ceterorum clericorum Ordinem plane probauerunt, atque tradiderunt Diui MARCI Euangelistae Liturgia, sacri Canones, & constitutiones Diuorum Apostolorum, inde sacrorum Conciliorum Niceni Primi, Antiocheni, Sardicensis, Elibertini, Romani, Laodicensis, & complurimorum aliorum, postea doctrina Sanctorum Patrum, Doctorum eruditissimorum sententiam, & summa CHRISTI Ecclesie Auctoritas. Ad hanc vero veritatis assertionem firmissimam accedunt, & Vualdenses, qui: Eadem fide proponimus, inquit, quod ordinandi minoribus, aut maioribus promouendi, uita uirtuosa in CHRISTO alios debent antecellere. Lutherus: CHRISTVS uerus Sacerdos multa operatur in Ecclesia externa Sacramenta, & uisibiles coere monias, in quibus & fideles concinunt, & coperantur, sicut clerus nunc facit Sacerdoti in cantu oratione, & responsione. Nouissime impij Geneuani conuerunt de Angliae ministris, quippe qui suos habent adhuc Decanos, Archidiaconos, Episcopos, Archiepiscopos, aliosque Ecclesiastici ordinis officarios.	Ep. 15. 24. 55. Cap. 10.
D. Athan.		Ep. ad solit. sur. agn.
Vualdenses.		Confessio.
Lutherus.		De dec. pre. detor.
Euardent.		Theom. 1. li. de S. Tri.
Officiu Diaconi probatur.	CDXLVII.	
Cocius.	Speciat ad Diaconum lectio Euangelij in Ecclesia item Missae Sacerdoti inseruire. Quod asseuerant Catholici, negant uero haeretici Falcidius, Lutherus, Melanthon, Hemingius, qui ad Diaconum eleemosynas Ecclesiae administrare pertinere contendunt, sicque officium Diaconatus contendunt, & auferunt: non id probant Orthodoxi, uel antiquissimi, quando de recentibus nemo, uel tantillum addubitat: Diuus enim LVCIVS anno 252. sic iubet, & docet: Ministri Altaris Presbyteri, siue Diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiam seruent. Diuus MAXIMVS: Romae septem tantum Diaconi Altari ministrant, quos praecipuos, ut opinor, uocat. D. AMBROSIVS: Leuitam uidisti, sed minister est CHRISTI: uidisti illum ante Altaria ministrare. Atque in Concilio Carthaginiensi Quarto: Diaconus tempore Oblationis tantum, uel Lectionis alba utatur. His assentiuntur Catholici uniuersi, ac deinceps Graeci, qui sententiam, consuetudinem, ritum, moremque Ecclesiae iuxta Concilii Niceni Primi, Laodicensis, Carthagenensis & aliorum definitiones, & Patrum Graecorum, & Latinorum Traditiones assequuntur, item nec Copti, qui in Ecclesia Euangelij Lectionem, quae a Diaconis fit, probant. Itidem Romanus Ecclesiae Christi mos ab Anglicis ministris quantumuis haeticis approbatur.	Ibidem.
D. Lucius.		Apud Gra. d. 81.
D. Maxim.		Ad c. 3. de Ecc. Hier. Dionysi.
D. Ambros.		l. 1. de Sac. c. 2.
Concilium.		Cap. 41. Cata. bar.
Luzeburg.		
Euardent.		

CDXLVIII.

Col. cignari
non omni-
bus licet.

Lutherus.

Sacerdotes non nisi uocatos, & admissos concionari debere Catholica est sententia, quā Lutherus uno loco solo probat, alijs uero, ut assolet, reprobat. Ceterū sinamus simium in purpura, & non quæramus nodū in scyrpo. Atque hæresiarcham omnium pessimum satis se armis confodete, & a parte Ecclesiastica serio stare patienter audiamus: Vocatio ministrorum, quæ Diuina, & ueea est, duobus modis accidit primum per media: Deinde sine medijs. Hoc tempore uocat nos DEVS ad concionandi munus per media, utpote per homnes, Apostoli immediate a CHRISTO ipso uocati sunt, quemadmodum etiam ueteris Testamenti Prophetæ sine medio à DEO uocabantur. Postea Apostoli discipulos suos, ut Titum, Timotheum, &c. uocarunt: hi deinceps Episcopus uocarunt: Episcopi alii alios usque ad nostra tempora uocarunt: Sic fiet, & seruabitur usque ad consumationem sæculi. Et hæc est uocatio, quæ per media fit, quæ nihilominus, Diuina uocatio. Et rursum alio loco: Omnes Parochi, & magistratus diligenter attendere debent, & de hoc suos diligenter monebunt, ut concionatores, qui se ipsos introducunt, tamquam nebulones, & certos Diaboli nuntios, nisi fide dignum testimonium suæ a DEO uocationis attulerint. Alioquin eos non audient, nec admittent, etiam si purum Euangelium docere uelint, nec si Angeli, aut meri Gabriele e Coelis fuerint. Nihil enim recipit Deus, quod fit ex propria electione, & deuotione; sed omnia ex mandato, & uocatione fieri uult. Propterea etiam CHRISTVS Diabolos noluit prædicare, etiam si ipsum Filium DEI faterentur, & ueritatem dicerent. Noluit enim permittere, ut quisquam sine uocatione prædicaret. Ergo sic quisque faciat, qui prædicare, & docere uoluerit, demonstrat se uocatum ostendat mādatum quo cogatur. Si noluerit, tradat magistratus huiusmodi nebulones licitori, &c. His subscribunt Lutherani, dicentes: De ordine Ecclesiastico docent, quod nemo debeat in Ecclesia publice docere, aut Sacramenta administrare, nisi rite uocatur.

Tom. 7. G.
f. 388. C.
256. ia Aff.

Adpf. 82.

Protestantes.

Clerici continentissima
debent uiuere.

Coccius.

CDXLIX.

Clericos in minoribus ordinibus constitutos continenter debere uiuere negauerunt Diabolici nebulones Nicolaus Antiochenus, Vigilantiani, Vitziza rex, Henricus Imperator, Petrus Brusius, Vuicleus, Ioannes Redericus Orabitarum dux, Calstalius, & Lutherus, simulque gregarij alij, contra Catholicam Orthodoxiam ab illustrissimis Diuinæ Scripturæ locis excerptam, & a sacrosanctis Euangelij, a sanctis Concilijs Ancyrano, Neocæsariensi, Nicæno, Trullensi, Eliberino, Romano, Arelatensi, Carthaginensi, Toletano, Arausicano, & alijs multis acceptam, & ab uniuersa semper Christi Ecclesia Catholica planissime custoditam, traditam, ac iustam, quemadmodum diuinissimo Augustini testimonio, quod pro innumeris ualere potest, patefaciam in hunc modum: Aurelius Episcopus dixit: (in Concilio Carthaginensi Secundo.) Quum in præterito Concilio de Cōtinentiæ, Castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione quadam Castitatis per consecrationes annexi sunt: Episcopus inquam Presbyteros, & Diaconos: ita placuit, ut conderet sacrosanctos Antistites, & Dei Sacerdotes, nec non & Leuitas, uel qui Sacramentis Diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter, quod a DEO postulant, impetrare, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit Antiquitas, nos quoque iussi simus. Ab uniuersis Episcopis dictum est: Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, uel qui Sacramentum contractant pudicitia custodes, etiam ab uxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est: Placet ut

Conf. Aug.
ar. 16.

Art. 16.

D. August.

Carthagin.

Cet. Copia.
Dial. 1.
Cap. 14.

Lut. burg.

Huffus.

Clerici nu-
bere neque-
unt.

Bunde ins.

Lut. burg.

Concilium.

Concilium.

Huffus.

Digami no-
sunt ad sa-
cros ordines
admittendi:
Cocelus.

in omnibus, ac ab omnibus pudicitia custodiatur qui Altari deseruiunt. Hæc Orthodoxi illi contra hæreticos, quorum lasciuam petulantem, & im-
pudicitiam hæreticam condemnauerunt satis Abelsonij, Valesij, & alii hære-
tici inter quos sufficiens citasse Hussum, quippe qui Catholicam Veritatis
Christianitatem, & Ethnicam mendacij impietatem ab Ethnicismo deri-
uata, a spiritu Satanæ suggestam, a dæmoniis edoctam, a Turcis roborata,
& a perditis hæreticorum facinoribus semper scriptis, verbis, ac impiis
moribus probatam abundanter his verbis refellit, & condemnat: Hortor te
in Domino, ut mulierum fugias consortia, & cautus sis dum confessiones
mulierum audis, quod per mulierum hypocrisim Satanæ non decipiat.
Quod si Plebanus factus fueris caue, ne iuuenem coquam habeas, ne plus
calam ædificas, quam animam. Et alibi: Caueas confabulationem mulie-
rum, & specialiter cautus esto in auditione confessionum, ne laqueo luxuriæ
capiaris quia te spero esse Virginem castum DEO consecratum. Et alibi:
Castitatem maxime tenetur seruare ultra communem populum Clerici,
tum ratione Diuini præcepti, tum ratione uoti proprii, tum ratione sanctis-
simi ministerij, tum ratione utilis exempli.

CDL.

Martiniani, Græci, & reliqui nostrates hæretici Clericos, qui maiore
Ordines potiuntur, imo Sacerdotes quidem uxores ducere posse as-
seruerunt. Hoc refutant, ac prohibent Orthodoxi Ecclesiastici, Can-
ones videlicet Diuorum Apostolorum, sanctiones sacrorum Concilio-
rum Ancyranum celebrati anno 310. Neocæsariensis anno corrente 316.
congregati, Nicæni primi, cursu annorum 320. Trullani sub anno 211.
apud Græcos Latinos Libertini anno a CHRISTO 313. concele-
brati, Romani 320. Arlatensi 2. annor. 325. Carthaginensis 3. 4. habi-
ri in quarum seculum anno 397. 400. Toletani 1. seculo. 4. & fere triginta
aliorum, Decreta sacrosancta Diuorum DEI Vicarium CLEMENTIS,
CALIXTI, SYRICI, INNOCENTII, SIXTI, & reliquorum, & senten-
tiæ Patrum, & assertiones Theologorum. Quamobrem generali Concilio
Florentiæ ex toto orbe congregato dicto audiens quilibet Christianus esse
debet: Vt Clerici præsertim caste, continentèrque, iuxta Canonum præce-
pta uiuant, statuimus, ut contrafacientes acriter secundum Canones pu-
niantur. Hinc autem recte fit, ut quicumque aberrant ab huius, & aliorum
Conciliorum sanctione, & summa auctoritate a CHRISTO Ecclesiæ tra-
dita, extra Catholicam Ecclesiam inuito abiiciantur. Vnde Concilii Tri-
dentini est hæc sancta definitio: Si quis dixerit Clericos in sacris Ordini-
bus constitutos, uel regulares Castitatem solemniter professos posse Matrimo-
nium contrahere, contractumque ualidum esse, non obstante lege Ec-
clesiastica, uel uoto, & oppositum nihil aliud esse, quam damnare Matrimo-
nium, posseque omnes contrahere Matrimonium, qui non sentiunt se Ca-
stitatis, etiam si eam nouerint, habere donum, cum Deus id recte patenti-
bus non deneger; nec patiat nos supra id quod possumus tentari, anathe-
ma sit. Hæc SPIRITV SANCTO auctore Concilii istius Patres, quibus
etiam qui ab Ecclesia Christi excipiuntur, cõcordant Hussitæ: Hussus enim
probe Catholicam defensatur sententiam: Septimum Matrimonij impe-
dimentum est Ordo: quia Clericus in maioribus ordinibus non debet Ma-
trimonium contrahere, quia uotum fecit.

CDLI.

Digamos non esse ad sacros Ordines admittendos impudice negant, præ-

Cat. ber.

Ep. 1.

Ser. de pau.

Comp. de
Cal. lib. 1.
12. ar. 1.

Sess. 9.

Cano. de
Mat.Iust. ad Co.
c. 5.

li. 8. arti. 7.

ter alios Lutherus, & Beza: afferunt qui fidem Epistolis, Canonibus Apostolicis abnegantes, qui Christianam religiosam pietatis Fidem, Scripturam germanam intelligentiam, puritatem Evangelicam, Spiritus Sancti infallibilem doctrinam in Ecclesia DEI credunt Catholicis cunctis. Quorum antesignani Apostolici sunt, qui haec statuunt: Talem esse oportet Episcopum, qui unam uxorem duxerit, qui uni tantum nupsit. Secundis implicitus post Baptismum nuptiis, uel pellicem habens, non potest esse Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino ex Ordine. Origenes Presbyter: Ab Ecclesiasticis dignitatibus non solum fornicatio, sed & nuptiae refelluntur: Neque enim Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, nec uidua possunt esse digami. D. BASILIVS Magnus: Digamos Canon omnino a ministerio exclusit. Tertullianus: Quantum fidei detrahant, quantum obstrepant sanctitati nuptiae secundae, disciplina Ecclesiae, & praescriptio Apostoli declarat, cum digamos non finit praesidere, cum uiduam adlegi in Ordinationem, nisi uniuiram non concedit. Eadem a summis Pontificibus, & a sacris Conciliis plurimis, traduntur, & constabiliuntur, ab initio Ecclesiae usque ad hunc diem, quibus insuper adstipulatur Hussitarum corrypheus, & Graeci, qui laicos monogamos, non bigamos ad sacros Ordines admittunt.

CDLII.

Mulieres ad sacros Ordines esse recipiendas consuerunt Acephali, Peuphiani, Lutherus, & Christophorus, Goodmanns, qui Lutherano morbo extreme laborans mulierem posse esse supremam Ecclesiae gubernatricem Papissam scilicet seu Papam, ut Lutherus delirauit effutiuit, Lutherani denique Lutherum sectantur, quippe docent, quod omnes Christiani, senes, pueri, & mulieres sint Sacerdotes, & Sacramenta administrare possint. Haec illi scilicet cyclopes, quos prorsus Orthodoxi Christiani reprobant, & abominantur Catholici, non solum a D. THOMA Aquinate, & ceteris Theologis insignibus Scholarum, sed etiam a Tertulliano, qui sacrilegas mulierum consecrationes, quae fiebant ab haeticis carpit, & sugillat, hoc pacto: Omnes scientiam pollicentur. Ante sunt perfecte Catechumeni, quam edocti. Ipsae mulieres haeticae, quam proacres, quae audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes tepromittere, forsitan & tingere. Ordinationes eorum temerariae, leues, inconstantes. Nunc Neophytos collocant, nunc seculo adstrictos, nunc Apostatas nostros, gloria eos obligent, quia ueritate non possunt. Nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, ubi ipsum esse illis promereri est. Itaque alius hodie Episcopus, cras alius: hodie fidei Decanus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nam & Laicis (uiris ex foeminis) Sacerdotalia munera intungunt, &c. Haftenus ille. Quare Patres Orthodoxi semper mulieres a sacris Ordinibus, & potissime a Sacerdotis Ordine omnino exciperunt, nec ulla umquam mulier apud Catholicos, quae sacra fecerit, uel sacros summosque Ordines acceperit, haftenus inuenta est: quantumuis impudentissime mentiatur mendacissimus Vuitkerus: Sed & ex iure Diuino mulierem ab his excipiuntur, id quod Ecclesia hoc idem definiens enucleate tradit. Deinde Hussitae, Calvinistae, & similes haetici illud haeticorum fatuum dogma, nolente Satana execrantur, & detestantur: ipseque Goodmannus reuoluto mantello dixit mulieribus ad gubernacula Reipublicae, seu alicuius Ecclesiae non licere. Denique haftenus passim propemodum in usu uenit, ut ab Ecclesiasticis studiis ministerisque mulieres abstineant, arceantur, & prohibeantur.

CDLIII.

Clericali dignitate initiatorum Immunitatem Diuinitus institutam tam in

vete-

Apostoli.

Origenes.

D. Basilius.

Tertullianus.

Mulieres non esse ad sacros ordines admittendas

Lutz. oburg. Seb. Medic. Leodius. Lutherus.

D. Thomas.

Tertullianus.

Guilielmus.

Bunderius.

Clericorum immunitas asseritur.

Coccius.

Const. Ap. l. 2. c. 2.

Hom. 7. in Luc.

Ep. ad Apb. c. 12.

L. 1. ad ux. cop. 7.

Cat. har. Sum. har. Conf. Aug. conf. de po. Ecc. In offer. In 4. d. 25.

l. de pra. ha.

Frag. haec. imp. Lond. an. 1583.

In Cōp. cōc. hu. temp. su. 11. ar. 6. c. 7.

l. 8. ar. 8. de Ord.

ueteri, quam in noua lege facinorosissimi quique spurii Ecclesiae, Satanae, que discipuli, nebulones impugnarunt Iulianus Apostata, Vitiza rex Hispaniarum, Petrus de Cugneriis, Marsilius Paduanus, Ioannes de Ianduno, Lutherus, Bucerus Morloratus & Calvinus. Quos quidem æquissimo iure, ac merito perfidiosi cōuincūt dogmatis sacrae Littere, superbi erroris arguūt, seu Cæsares, ut D. CONSTANTINVS Primus, & eiusdem nominis Cōstātius, Valentinianus, Valensæ, Gratianus, Theodosius, & Valentianus, Honorius, Theodoricus, & complures, facinorosi criminis reos notant Ethelbaldus Rex Anglorum, Carolus Rex Francorum, & Pipinus Rex Italarum; hæresis insuper redarguunt spectatissimi Ecclesiae Patres, ac Theologi, ut D. IOANNES Chrysostronus, D. BEDA, & alii inter quos D. PROSPER mi sacrilegii, & immensi piaculi reprehendit, qui immunitatem Ecclesiae quoquo pacto uiolare audent, cum ea sit iuris Diuinissimi, omnesque Ecclesiae facultates, & omnia bona, DEO immediate subiiciantur, adeo, ut ipsi Sacerdotes Ecclesiae iisdem præter necessitatem inferuire teneantur, ac prorsus sint bona inuiolabilia. Deinde flagitiosæ fallaciæ sycophantæ refelluntur ab Historicis Græcis, ut Sozomenus, & aliis, a Latinis, ut a Sancto GREGORIO Turonensi Episcopo, & ab aliis; impiæ abominationis reprobis obiurgantur hæretici, ut a Diuo Papa GREGORIO, ab Alexandro Quinto, & ab aliis compluribus, probantur a sacrosanctis Conciliis Toletano Tertio, Quarto, Moguntino, Vuormaticensi, Lateranensi uno, sub B. ALEXANDRO Tertio, & altero sub Innocentio Tertio, Constantiensi, Basiliensi, Moguntino, ac Treuirensi, sacrilegi fures in ius Diuinum reprehenduntur a Diuis HIERONYMO, BEDA, & aliis Orthodoxis, & a Patribus sapientissimis Concilii Colonienfis, in quo nimirum hæc rectissime asserunt: Immunitas Ecclesiastica uetustissima res est, iure pariter Diuino, & Humano introducta, & c. blasphemi in Saluatorem demonstrantur a Diuo ANACLETO Papa Maximo Martyre Rectore Ecclesiae Christi spectatissimo dicente: Priuilegia Ecclesiarum, & Sacerdotum Sancti Apostoli iussa SALVATORIS intemerata, & inuiolata omnibus decreuerunt manere temporibus. leges Ecclesiae Apostolica firmamus auctoritate, & peregrina iudicia submouemus. Excommunicationis uinculo constructi, & ab Ecclesia Christi segregati, a Bonifacio Octauo, Benedicto Vndecimo, Urbano Sexto, & ab aliis patefiunt. Ceterum Orthodoxus Ioannes Eckius uir sapientia, Lutheri iudicio Magnus, & Ecclesiae iudicio Maximus, contra Lutherum asserit hæreticos istos, qui Ecclesiae immunitati non adstipulantur impios esse in ius naturale, Humanum, Ciuile, Canonicum, atque Diuinum. Vnde optime Catholicus dicit Erasmus: Hodie summa pietas habetur pro Immunitate Clericorum modis omnibus digladiari. Quapropter strenuissimus Fidei defensor gloriosissimus Imperator sine fine laudandus Carolus Quintus, & alii Christiani Principes, non solum armis, uerum etiam scriptis immunitatem Ecclesiasticam procul omni controuersia Diuino institutam iure defendit, & impios Lutheranos, utroque iugulauit gladio: Quamquam multa his inculcantur de potestate Ecclesiastica etiam odiosus, quam pars sit declinandum tamen est, & Reuerendissimis Episcopis, & Sacerdotibus, ac toti Clero omnes potestas Ecclesiastica liber permittatur, quæ eis de iure, & consuetudine competit. Ad hæc omnes immunitates, priuilegia, eminentias, & prærogatiuas, Dominis Imperatoribus, & Regibus Romanis concessas eis conseruare conuenit. Neque tolerandum, ut quæ imperiali munificentiæ, aut largitione Ecclesiasticis sunt concessa, per ullos Principes, aut quemcumque alium Romano imperio subiectum, infringantur. Nam sufficientissime probatur, Potestatem Ecclesiasticam in spiritualibus esse iure Diuino fundatam, de qua sane S. Paulus inquit: Si amplius quid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit uobis Dominus in edificationem, & non in destructionem uestram. 2. Cor. 10. Et sequitur: Ad uos enim absens hæc

D. Profr. ar.

L. 2. de uita
cont. c. 16.

Concilium.

Par. 9. c. 10

Papa.

Ep. 1.

Eckius.

In Ench. c.
22.

Erasmus.

Ad c. 26.
D. Matth.

Carolus.

Resp. ad ar.
de pot. Ecc.
caus Aug.

scribo, ut non præsens durius agam secundam postatem, quam dedit mihi Dominus in edificationem, & non in destructionem, 2. Cor. 13. Idem S. Paulus & coercitiuam ostendit Iurisdictionem, cum ait: In uirga ueni ad uos, an in caritate, & Spiritu lenitatis? 1. Cor. 4. Et de iudicibus scribit ad Timo. Aduersus Presbyterum accusationem accipere noli, nisi sub duobus aut tribus testibus. 2. Tim. 5. Ex quibus satis aperte dinoscitur, Episcopos non solum habere potestatem ministerii uerbi DEI, sed etiam potestatem regiminis, & coercitiuæ correctionis, ad dirigendum subditos in finem Beatitudinis æternæ. Ad potestatem autem regiminis requiritur potestas iudicandi, de finiendi, discernendi, & statuendi ea quæ ad præfatum finem expediant aut conducunt, irrita igitur & cassa sunt omnia, quæ in præsentis Articuli contra Immutabilitatem Ecclesiarum, & Sacerdotum inferuntur. Quare prohibendum est uniuersis Romano Imperio subiecti, uel Clerum contra concessa priuilegia Imperialia ad tribunal, seculare pertrahant. Nam sic Clemens, Papa & Martyr inquit: Si qui ex Patribus habent negocia inter se apud cognitores seculi non iudicentur, sed apud Presbyteros Ecclesiæ quidquid est dirimatur. Vnde neque Constantinus Magnus Christianissimus Imperator in sacro Concilio Nicæno etiam in causis profanis uoluit ipsos iudicare. Vos dii estis, inquit, a DEO uero constituti. Ite, & inter uos causam disponite, quia dignum non est, ut nos iudicemus Deos. Hæc ille qui & alibi dicit. Quod Altari seruiens de Altari uiuant, non est abusus, sed hoc Iuris est Diuini, & Humani. Hæc ex Christianissimi Cæsaris, & Catholicorum Princepum responsione, quia Diuorum PAVLI, ac LVCAE, & aliorum testimonio hoc idem roboratur. Eam uero inter alios hæreticos, atque schismaticos probat Lutherus: Sacerdotes Ecclesiastici Missam quotidie celebrant, omni hora orant, seque in uerbo DEI exercent studendo, legendo, audiendo: ideo priuilegium præ aliis habent. Hastenus ille, cui cõsentit Melanthon quippe qui impugnat errorem Vuicleui ipsum Ecclesiasticam immunitatem impugnantis, eandem uero ex animo constituit serioque defendit.

Melanthon.

Epi. ad hyd. Mycon.

CDLIV.

Horæ Canonice approbantur.

Cætus Ecclesiasticus, seu Horæ Clericorum, & Monachorum Canonica, nocturna, & diurna, Hymnodicæ, & Psalmodicæ improbantur a Paulo Sateno, Hilario Arriano, a Donatistis, a Petrobrusianis, ab Vuicleuo, a Thaboritis, a Lutero, Mejanthone, Bullingero, Magdeburgensibus, ab Heluetiis, a Trinitariis, & a reliquo hæreticismo. A Catholicis autem Ecclesiæ CHRISTI Doctoribus, Scripturæ sacræ uetustissima consuetudine, piissima Traditione, Christianissima eruditione, & solidissima auctoritate approbantur: sic enim ante mille, & quadringentos annos scripsit D. CLEMENS Alexandrinus: Si nonnulli certas, ac definitas horas constituunt orationi, ut exempli causa Tertiam, Sextam, ac Nonam: at is, qui est cognitione præditus, per totam orat uitam, per preces quidem cum DEO studens uariari. Deinceps in sacrosancta Synodo Nicæna iubetur: Ut in omnibus horis diurnis, & nocturnis in principio & in fine oratione fiat memoria Episcopi. Idem fusius D. ATHANASIVS tradit, & confirmat, atque complures Orthodoxi, pluraque Concilia, quorum duo tantummodo protinus citabo: Cabilonense secundum, & alterum: Sanctimoniales in Monasterio Constitutæ habeant studium in legendo, & in cantando, in Psalmorum celebratione, siue oratione. Et horas Canonicas, Matutinam uidehæc, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vespertinam, Completorium pariter celebrēt. Alterum Aquisgranense: Studeant summo opere Canonici prædictas horas

Coccius.

Ar. 9.

D. Clemens

lib. 7. Hro.

Calvinus.

Can. 64. Ar.

D. Athan.

l. de Virg. seu Medit. Cap. 59.

Concilium.

Concilium.

Cap. 136.

Hussus.	Canonicas vigilantissima cura custodire, & his Diuinum officium humiliter, ac deuote persoluere. Mox enim, ut datum fuerit signum, festinat omnes ad Ecclesiam conueniant. Hac ex Catholicis, quae approbantur, item a schismaticis, & haeticis Graecis, ab Husso sic agente: Septies in die laudes dixi tibi: Nota dicit septies. Primo ad Litteram. In Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, & Completorio. Secundo septies id est perfecte.	In ps. 188.
Lutherus.	Hac ille, quae sane secum ipse pugnans Lutherus confirmat, ac dicit: Quando Sacerdotes, & Coenobitae ex mera obedientia cantant, & orant, etiam si non attendunt ad hoc, illorum oratio est frugifera, & Diaboli cruciatrix, &c. Orationem Sacerdotum nemo reiicere debet, etiam si precaria verba sint, sed magna gratitudine recipere sicut grande munus. D. E. I. Haecenus ille, qui istud diu dum esset haeticus factis quoque probauit, in quo non dissentiant Anglicani, qui Matutinas aliasque horas per Canonem Ecclesiae Christi olim statutas concinunt.	Expl. Orat. Dom.
Anglicani.	qui istud diu dum esset haeticus factis quoque probauit, in quo non dissentiant Anglicani, qui Matutinas aliasque horas per Canonem Ecclesiae Christi olim statutas concinunt.	Apud Fen. l. 1. de S.T.
Vigilia nocturnae proburnantur.	CDLV.	
Idem.	Vigilias Christianorum studiorum nocturnas damnant dormituri, non CHRISTI, sed Lethargi sectatores, qui non nisi tantum modo ab dormiendum, & quiescendum factas noctes contendunt, Vigilantius, Nictazontes, Habdalas Saracenorum princeps cum reliquo Epicureismo, cuius (proh malum) adhuc in Europa extant reliquiae, quas in cineres magno igne reuertendas censent Catholici. Quamobrem Catholicorum Patres sic tradidere ac in primis D. ATHANASIVS Magnus: Nocte surgito, & laudato Dominum DEVM tuum, in hac enim hora surrexit CHRISTVS a mortuis. D. HILARIUS: Non uacat totis noctibus somno, nec otiosus lecto continetur, ad confitendum DEO, non solum nocte, sed media nocte confurgit. Meminit hoc esse tempus, quo premax Aegyptiorum meritissima impiae obstinationis clade percussa sunt. His ergo horis non laxatur somno, ne cladi Aegypti admisceatur. D. BASILIVS Magnus: De tempore dimidio noctis, quod id ad orationem necessariam sit, traditum est nobis a Paulo, & Sylla. In Actis scriptum est enim sic: Circiter mediam noctem Paulus, & Sylla laudabunt DEVM, utique hoc quidem conuentu Psalmorum confirmat, sic dicens: Media surgebam ad confitendum tibi. Ex uobis pro eo, quod Martyrum honorem, & cultum DEI somno, & quieti pertulistis parata est merces. D. AVGVSTINVS: Si infirmitas non prohibet, quotidie ieiuna, ad Vigiliam alacri, & feruenti deuotione confurge. Propter illud quod scriptum est. De nouo uigilat spiritus meus ad te DEVS. Veniat cuiuscumque possibile sit, ad uersperinam, & nocturnam celebrationem: & oret sibi in conuentu Ecclesiae pro peccatis suis DEVM. Qui uero hoc non possit in domo sua oret, & non negligat DEO soluere uotum, ac pensum reddere seruitutis. Hanc ob rem egre lepide cantat Christianissimus Poeta: Nos festis trahimur per pia gaudia, Noctem Conciliis, uoteque prospera, Certatim uigili congerimus prece, exactoque agimus liba sacratio. Plinius praeterea scribit Traiano nihil aliud se de sacris Christianorum comperrisse, quam coetus ante lucanos ad canendum CHRISTO, & DEO. Ad hoc Arriani haetici hymnos, & antiphonas ex Arriano dogmate compositas die, nocteque decantabant, quemadmodum Leo Imperator, & S. VVALFRIDVS scribunt. Sic & alii fecerunt haetici, hoc enim praeter morem uetustissimum a D. DAMASO Pont. Max. decretum fuerat. Graeci haetici, ut Hussitarum dux, ita scriptum protulit, atque reliquit: Nocte surgendum est primo propter significationis mysterium: nam media nocte facta est filiorum Israel liberatio, Aegyptiorum submersio, agni Pascha-	Ibidem.
D. Athan.	Nocte surgito, & laudato Dominum DEVM tuum, in hac enim hora surrexit CHRISTVS a mortuis.	L. 1. e. vii.
D. Hilarius.	Non uacat totis noctibus somno, nec otiosus lecto continetur, ad confitendum DEO, non solum nocte, sed media nocte confurgit. Meminit hoc esse tempus, quo premax Aegyptiorum meritissima impiae obstinationis clade percussa sunt. His ergo horis non laxatur somno, ne cladi Aegypti admisceatur. D. BASILIVS Magnus: De tempore dimidio noctis, quod id ad orationem necessariam sit, traditum est nobis a Paulo, & Sylla. In Actis scriptum est enim sic: Circiter mediam noctem Paulus, & Sylla laudabunt DEVM, utique hoc quidem conuentu Psalmorum confirmat, sic dicens: Media surgebam ad confitendum tibi. Ex uobis pro eo, quod Martyrum honorem, & cultum DEI somno, & quieti pertulistis parata est merces. D. AVGVSTINVS: Si infirmitas non prohibet, quotidie ieiuna, ad Vigiliam alacri, & feruenti deuotione confurge. Propter illud quod scriptum est. De nouo uigilat spiritus meus ad te DEVS. Veniat cuiuscumque possibile sit, ad uersperinam, & nocturnam celebrationem: & oret sibi in conuentu Ecclesiae pro peccatis suis DEVM. Qui uero hoc non possit in domo sua oret, & non negligat DEO soluere uotum, ac pensum reddere seruitutis. Hanc ob rem egre lepide cantat Christianissimus Poeta: Nos festis trahimur per pia gaudia, Noctem Conciliis, uoteque prospera, Certatim uigili congerimus prece, exactoque agimus liba sacratio. Plinius praeterea scribit Traiano nihil aliud se de sacris Christianorum comperrisse, quam coetus ante lucanos ad canendum CHRISTO, & DEO. Ad hoc Arriani haetici hymnos, & antiphonas ex Arriano dogmate compositas die, nocteque decantabant, quemadmodum Leo Imperator, & S. VVALFRIDVS scribunt. Sic & alii fecerunt haetici, hoc enim praeter morem uetustissimum a D. DAMASO Pont. Max. decretum fuerat. Graeci haetici, ut Hussitarum dux, ita scriptum protulit, atque reliquit: Nocte surgendum est primo propter significationis mysterium: nam media nocte facta est filiorum Israel liberatio, Aegyptiorum submersio, agni Pascha-	In ps. 118.
D. Basilus.	De tempore dimidio noctis, quod id ad orationem necessariam sit, traditum est nobis a Paulo, & Sylla. In Actis scriptum est enim sic: Circiter mediam noctem Paulus, & Sylla laudabunt DEVM, utique hoc quidem conuentu Psalmorum confirmat, sic dicens: Media surgebam ad confitendum tibi. Ex uobis pro eo, quod Martyrum honorem, & cultum DEI somno, & quieti pertulistis parata est merces. D. AVGVSTINVS: Si infirmitas non prohibet, quotidie ieiuna, ad Vigiliam alacri, & feruenti deuotione confurge. Propter illud quod scriptum est. De nouo uigilat spiritus meus ad te DEVS. Veniat cuiuscumque possibile sit, ad uersperinam, & nocturnam celebrationem: & oret sibi in conuentu Ecclesiae pro peccatis suis DEVM. Qui uero hoc non possit in domo sua oret, & non negligat DEO soluere uotum, ac pensum reddere seruitutis. Hanc ob rem egre lepide cantat Christianissimus Poeta: Nos festis trahimur per pia gaudia, Noctem Conciliis, uoteque prospera, Certatim uigili congerimus prece, exactoque agimus liba sacratio. Plinius praeterea scribit Traiano nihil aliud se de sacris Christianorum comperrisse, quam coetus ante lucanos ad canendum CHRISTO, & DEO. Ad hoc Arriani haetici hymnos, & antiphonas ex Arriano dogmate compositas die, nocteque decantabant, quemadmodum Leo Imperator, & S. VVALFRIDVS scribunt. Sic & alii fecerunt haetici, hoc enim praeter morem uetustissimum a D. DAMASO Pont. Max. decretum fuerat. Graeci haetici, ut Hussitarum dux, ita scriptum protulit, atque reliquit: Nocte surgendum est primo propter significationis mysterium: nam media nocte facta est filiorum Israel liberatio, Aegyptiorum submersio, agni Pascha-	De hor. Ca. rec. ad ps. 14.
D. August.	Si infirmitas non prohibet, quotidie ieiuna, ad Vigiliam alacri, & feruenti deuotione confurge. Propter illud quod scriptum est. De nouo uigilat spiritus meus ad te DEVS. Veniat cuiuscumque possibile sit, ad uersperinam, & nocturnam celebrationem: & oret sibi in conuentu Ecclesiae pro peccatis suis DEVM. Qui uero hoc non possit in domo sua oret, & non negligat DEO soluere uotum, ac pensum reddere seruitutis. Hanc ob rem egre lepide cantat Christianissimus Poeta: Nos festis trahimur per pia gaudia, Noctem Conciliis, uoteque prospera, Certatim uigili congerimus prece, exactoque agimus liba sacratio. Plinius praeterea scribit Traiano nihil aliud se de sacris Christianorum comperrisse, quam coetus ante lucanos ad canendum CHRISTO, & DEO. Ad hoc Arriani haetici hymnos, & antiphonas ex Arriano dogmate compositas die, nocteque decantabant, quemadmodum Leo Imperator, & S. VVALFRIDVS scribunt. Sic & alii fecerunt haetici, hoc enim praeter morem uetustissimum a D. DAMASO Pont. Max. decretum fuerat. Graeci haetici, ut Hussitarum dux, ita scriptum protulit, atque reliquit: Nocte surgendum est primo propter significationis mysterium: nam media nocte facta est filiorum Israel liberatio, Aegyptiorum submersio, agni Pascha-	Serm. de 1. die Quadr. Et ad 76. Dom. p. Tri.
Pudentius.	Nos festis trahimur per pia gaudia, Noctem Conciliis, uoteque prospera, Certatim uigili congerimus prece, exactoque agimus liba sacratio.	l. Car. Hy.
Tertullian.	Plinius praeterea scribit Traiano nihil aliud se de sacris Christianorum comperrisse, quam coetus ante lucanos ad canendum CHRISTO, & DEO. Ad hoc Arriani haetici hymnos, & antiphonas ex Arriano dogmate compositas die, nocteque decantabant, quemadmodum Leo Imperator, & S. VVALFRIDVS scribunt. Sic & alii fecerunt haetici, hoc enim praeter morem uetustissimum a D. DAMASO Pont. Max. decretum fuerat. Graeci haetici, ut Hussitarum dux, ita scriptum protulit, atque reliquit: Nocte surgendum est primo propter significationis mysterium: nam media nocte facta est filiorum Israel liberatio, Aegyptiorum submersio, agni Pascha-	Apol. 2.
Leo.	quemadmodum Leo Imperator, & S. VVALFRIDVS scribunt. Sic & alii fecerunt haetici, hoc enim praeter morem uetustissimum a D. DAMASO Pont. Max. decretum fuerat. Graeci haetici, ut Hussitarum dux, ita scriptum protulit, atque reliquit: Nocte surgendum est primo propter significationis mysterium: nam media nocte facta est filiorum Israel liberatio, Aegyptiorum submersio, agni Pascha-	Ora. in 5. Chryso. l. de re. e. 1. c. 75.
D. Vualfr.	Sic & alii fecerunt haetici, hoc enim praeter morem uetustissimum a D. DAMASO Pont. Max. decretum fuerat. Graeci haetici, ut Hussitarum dux, ita scriptum protulit, atque reliquit: Nocte surgendum est primo propter significationis mysterium: nam media nocte facta est filiorum Israel liberatio, Aegyptiorum submersio, agni Pascha-	In ps. 118.
Hussus.	Nocte surgendum est primo propter significationis mysterium: nam media nocte facta est filiorum Israel liberatio, Aegyptiorum submersio, agni Pascha-	

lis immolatio, CHRISTI Incarnatio, Christi Resurrectio, Inferni destructio, Sanctorum e Limbo reductio.

CDLVI.

Matrimonium recte a Catholicis inter Sacramenta refertur, quod referendum non crediderunt, & neglexerunt Simon Magus, Nicolaitæ, Gnostici, Valentiniani, Adamiani, Marcion, Monranistæ, Nouatianus, Origeniani, Manichæi, Apostolici, Passageri, Eustachius, Priscillianistæ, Bogomili, Durandus de Valdachia, Apostolici, noui Manichæi, Lutherus, Muncerus, Dauid Georgius, libertini, & Calvinus, qui uel communionem uxorū intro ducunt, uel occultum mœretricum putant, uel sine fronte negant, atque factis, uerbisque profanant. Hos nimirum factis Litteris sigillatur, Apostolicis, Euangelicis agiographis notantur, Sanctis Patribus reprobantur, Orthodoxis Doctoris reprehenduntur, Conciliorum calculis condemnantur, Pontificibus Maximis extra Ecclesiæ CHRISTI limites exploduntur, tota Christianitate execrationis, & abominationis subiiciuntur. Quocirca sacrosanctum Concilium Oecumenicum planeque Orthodoxum Florentinū post statutas sanctiones, & communis consensus Concilii Gangresis, Bracarensis, Anglicani, Toletani, ad hunc modum asserit: Septimum est Sacramentum Matrimonii, quod est signum coniunctionis CHRISTI, & Ecclesiæ, secundum Apostolum dicentem: Sacramentum hoc magnum est, &c. Causa efficiens Matrimonij regulariter est mutuus consensus per uerba de præsentia expressus. Assignatur autem triplex bonum Matrimonij. Primum proles suscipienda, & educanda ad cultum DEI; Secundum est fides quam unus coniugium alteri seruare debet: tertium indiuisibilitas Matrimonii propter hoc, quod significat indiuisibilem coniunctionem Christi, & Ecclesiæ. Hæc ibi. Græci autem, & Vualdenses pro Sacramento suscipiunt, item Vuicleus, deinde Hussitarum signifer dicit: Sacramentū est ipsum Matrimonium, quia est sacræ rei signum: Significat enim coniunctionem CHRISTI cum Ecclesia. Et alio loco: est bona res coniugii: est enim unum de Sacramentis Ecclesiæ, tenens imaginem coniunctionis Christi, & Ecclesiæ. Insuper Luheranorum protopatriarcha dignissimus dicit: Matrimonium Sacramentum dicitur: est namque rei nobilissimæ, & sanctissimæ, hoc est unionis Diuinæ, & Humanæ naturæ in Christo. Itē alibi: Matrimonio Sacramentum est Spiritualis significatio Christi, & Ecclesiæ. Præterea præcursor Calvinistarum, caputque Sacramentariorum fateatur Matrimonium esse Sacramentum.

CDLVII.

Lenones Satanæ Saturninus, Seuerus, Hydroparastata, Tatianus, Hierax, Albigenes, & Lutherus negant Matrimonium esse Diuinitus institutum, quæadmodum asseruerunt Christi Nuncii, sic dicentes: Alii nuptias improbant, quod imponentur non eas esse opus DEI. Dehinc D. BASILIUS Magnus: Legitimum constat esse connubium, & secundum Diuina iura institutum, & post plura. Matrimonii necessitatem Creator in natura constituit. D. CYPRIANVS: Bona sunt & a DEO instituta conjugia. Diuus MAXIMVS: Vadit ad nuptias Filius DEI, ut quas dudum potestate constituis, nunc præsentia benedictionis sanctificet. Concordant his ceteri Orthodoxi, atque præter alios hereticos ipse qui hoc idem negauit Lutherus, qui alias uidetur secum ipse pugnare, & Diuine institutum Sacramentum asserere, cum dicit: Matrimonium Sacramentum dicitur: Inde Apostolica probat auctoritate, adiicit: Omnino itaque res sancta est, & sacra Matrimonium, si rite fuerit obseruatum. Quapropter coniuges dignitatem hu-

Matrimonium est Sacramentum Iodocus.

Lutæburg.

Concilium.

Hussus.

Lutherus.

Zuinglius.

Sacramentū Matrimonij est diuinitus institutum.

Coccius. Apostoli. D. Basilius.

D. Cyprian. D. Maxim.

Lutherus.

l. 9. de Mat. tri. ar. 1. Cat. bar.

In lit. ca. de Sacr.

Tract. de Matr. in c. 7. 1. ad Cor.

Ser. de Mat. in. et ad c. 24. Gen. 10. 5. f. 127.

L. de uo. & sal. rel. c. de Mat.

De Mat. ar. 1. 1. Conf. Apo. l. 6. c. 8. L. de uo. vi.

De Na. Ch. Ho. 1. de Epi. ph. Dom.

Ser. de Ma.

Calvinus. ius Sacramenti pependant, ac uerentur. Calvinus quoque dicit: Postremum est Matrimonium, quod a DEO institutum fateantur omnes, ita pro Sacramento datum nemo usque ad Gregorii tempora uiderat. Hæc ille qui agnoscit Diuinam Matrimonii institutionem, sed crassa mendacia effudit, negando esse Sacramentum ad Gregorianam tempestatem usque agnitum. Denique Caluinitæ hæretici Sacramentum esse Diuinitus institutum, ut docte Feuardentius docet, probant, dicentes: Hocce Sanctum Matrimonium a DEO institutum est.

*Caluinitæ.
Feuardent.*

*Non licet eo
dem tempo-
re duas uel
plures uxo-
res ducere.
Coccinus.*

CDLVIII.

Papa.

Concilium.

*Secunda nu-
ptia perperã
damnatur.*

*D. Clemens
Alexandr.*

D. Hieron.

Vnum uno eodemque tempore uirum duas uel plures uxores habere posse asserunt Polygamistæ, Ioseph, & alii Iudæi, Basilidiani, Corpocratiani, Turcæ, & libertini, Valentinianns imperator, Hugo rex Italia, Viriza rex Hispania, Henricus Octauus rex Angliæ, Hermogenes, Mahometus, Lutherus, Melanthon, Bucerus, David Georgius, Ochinus, Ioannes Oldempordius, qui indulgente Diabolo, & Luthero, priore coniuge adhuc superstitite alteram duxit uxorem, Ioannes Bochoholdius, qui polygamiam ex professo probauit, & duodecim simul uxores habuit, & Hetzerus Anabaptista, qui uno tempore tredecim simul uxores duxit: quorum dicta, facinoræque Plebs CHRISTI omnis detestatur: Græci idem faciunt, & multi hæretici usque in hunc diem, ut palam est apud pseudo scripta, & mores, quemadmodum D. IOANNES Octauus olim iuxta sanctorum Christianissimas eruditiones, & Sanctissimas Vicariorum DEI Traditiones sic statuit: Iubemus, ut nullus propriam relinquat uxorem, & illa uiuente alteram sibi sociare præsumat: nec liceat in uno tempore duas habere uxores, uxorem uel, & concubinam. Et nuper Patres recentiores antiquiores Orthodoxos sequendo in Cõcilio Tridentino isthæc sanxere: Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege Diuina esse prohibitum, anathema sit.

CDLIX.

Montanistæ, & Tertullianistæ secundas nuptias pro fornicationibus habebant, quorum prauum, ac detestabile dogma reprobarunt antiqui hæretici, & recentes ut sunt Lutherus, Calvinus, Anabaptistæ, Trinitarii, & alii abũ de improbant, quod ab initio fecit Ecclesia Orthodoxa Sanctorum cõmunio, Orthodoxorum Sodalitas, & concors Catholicismus adhuc facit. A quo quidem olim proditus est Doctor Maximus ab Ecclesia cognomine ornatus D. HIERONYMVS, qui eximie inquit: Ego libera uoce proclamo non damnari in Ecclesia digamiã, imo nec trigamiam, & ita licere quinto & sexto, & ultra, quomodo & secundo marito nubere: sed quomodo damnantur & istæ nuptiæ, ita nec prædicantur. Non damno digamos, imo nec trigamos, & si dici potest octogamos: habet cuilibet octauum maritum, & esse desinat prostituta. Hæc Orthodoxus Pater aduersus imperitum popinonem, profligatissimum hæresiarcham, & millies ab eodem DE I athleta iugulatum Iouinianum lasciuie impudens prodigium, libidinis portentum Sanctorum infensum monstrum, & recentiorum hæreticorum detestabilissimum ostentum. Idem uero Patrum Orthodoxorum peritissimus aliubi sic scribit iterum quod ad hanc rem satis facit: Omnis qui nuptias damnat, non amator, sed inimicus est Castitatis: dum & continentibus laudem tollit, & incontinentibus sublato nuptiarum remedio fornicationis facit inire discrimen. Hactenus Pater profecto illustrissimus Diuus HIERONYMVS.

Infl. 4. c. 19

*In Cath.
Catec. Cal.
confu. l. 16.
Ibe. Cal. c.
4*

*Artic. 2. de
Mat.*

Ep. 19. 8.

*Sessi. 14.
Cano. 1.*

*De Mon. &
Tertul. l. 2. c. 8.*

Ad Iou. c. 8.

Facto diuor-
tio non licet
alteri copu-
lari.

Coccius.

D. Clemens

D. Euarist.

Concilium.

Hussus.

Spiritualis
affinitas im-
pedit Matri-
monium.

Coccius.

Concilium.

Concilium.

Hussus.

Affinitas
carnalis im-
pedit Matri-
monium.

Coccius.

Genebrad.

CDLX.

Facto diuortio licet innocenti personæ altera uiuente ad alias nuptias transire asserunt Ebionitæ, Montanus, Messaliani, Pallentius, Græci, Lutherus, Melanthon Bucerus, & Calvinus. A quibus Veritatis doctrix Virgo electa sponsa DEI, dissentit Ecclesia CHRISTI quæ quidem, per Canones Apostolicos hæc, ut refert Diuus CLEMENS Primus, iubet: Si quis laicus, uxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimissam duxerit, communionem priuetur & Diuus EVARISTVS Papa primi seculi a CHRISTO hæc tradidit: sicut uxori non licet dimittere uirum suum, ut alteri se (uiuente eo) Matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit uir eius. Sed iuxta Apostolum, aut uiro suo reconciliari, aut manere inupta: ita Ecclesiæ non licet dimittere Episcopum suum. Et Mileuitanum Concilium optime decreuit istud hoc pacto: Placuit, ut Secundum Euangelicam, & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri coniungatur: Sed ita maneat, ut sibimet reconcilietur. Eadem statuunt alia Concilia etiam generalia, docent Patres eadem prædicant Orthodoxi, eadem credunt Christiani omnes, & omnis Ecclesia, a qua non abhorrent Hussitæ, proinde Hussus: Licet per Ecclesiæ iudicium dimittere uxorem, puta quoad thori habitationem: sed non ex eo licet alia ducere, vel commiseri alteri quam diu illa uiuit. Patet etiam illud per Apostolum 1. Cor. 7.

Art. 3. l. 9.
de Matr.

Canon. Apo.
48.
Ep. 2.

Canon. 17.

De Matr. c.
1.

CDLXI.

Spiritualis propinquitatem, quæ in Baptismo contrahitur, impedire Matrimonium iudaice, atque Ethnice negant spiritualis studij, ac disciplinæ ofores Lutherus, Zuinglius, Melanthon, Beza, & similes garruli. Quos redarguit Pia Fidelium CHRISTI acies iuxta Euangelicam, & Sacrosanctam Concilia firmissima Fidei Christianæ fundamenta Nicænum, & Chalcedonense, quorum prius hæc religiosissime sanxit: Nemo fidelium cum Patre, aut cum matre Spirituali Matrimonium contrahat, id est cum parrinis aut matris: & qui hoc commiserit, habeatur tamquam Ethnicus, quousque separentur, & spatio viginti annorum pœnitentiam sui peccati agant. Neque uir det filio suo in Matrimonium eam quam uxor sua tenuit in Baptismo, neque mulier det filiam suam in Matrimonium ei, quem maritus tenuit in Baptismo: qui isti habentur ut fratres, & sorores spirituales, & eorum pater, & mater similiter ut pater, & mater spirituales. Posterius uero hæc Christianissime sancit: Si pater & filius, aut duo fratres, cum una muliere, aut cum duabus sororibus, aut cum duabus commatris concubuerit, secundum antiquam, & humaniorem definitionem octo annis pœniteat. Itidem bono consensu Schismaticorum duces & in fidelium ethnicorum hæresiarchas prosequitur ista Hussus: Omnis corruptor sacrilegus, id est personæ DEO dicatæ ad continentiam uel spiritualis filie uiolator enormis, patet quod potest hereticus appellari. Et alias: Compater, uel commater non possunt contrahere.

Art. 4.

Canon. 27.
Arab. c. 23

Apud brat.
309 4.

Ser. hab. in
Syn. ad cle.

In ca. 1. ad
Cor.

CDLXII.

Certos propinquitatis, & affinitatis gradus apud Christianos cõtrahenda Matrimonia impedire, & iã cõtracta separare Iudæi diffidentur Lutherani iudaizant, Sacramentarii Habraice negant, Magdeburgenses, Ethnice, Turcice, ac heretice inficiantur, quorum præcipui habentur post Vuicleum, Lutherus, Buce-

Ar. 5.

In Chron.

Papa.

Concilium.

Hussus.

Ritus Ecclē
sasticus.
Matrimo-
nij probatur
Regardant.

Caluinus.

rus Hēricus octauus rex Angliæ, qui sororē duxit fororis suæ, inde propriā filiā legitima uxore repudiata sibi matrimonio copulauit, deniq; hos sectā tur Ethnicissimi Caluinus, & Beza. Hos autē meritissime execratur sacra omnium Christianorum cohors, religiosissimus cunctorū Catholicorum Senatus: Diuus enim CALIXTVS exempli gratia Summus Christi Vicarius in terris diuinitus admonitus Apostolica diuinaque auctoritate munitus hæc sanxit. Coniunctiones consanguineorum fieri prohibentur, quando has & Diuinæ, & seculi prohibent leges, leges ergo Diuinæ hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non solum eiiciunt, sed & maledictos appellant. Leges ergo seculi infames tales uocant, & ab hæreditate repellunt. Nos uero sequentes Patres nostros, & eorum uestigiis inhærentes, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt aspersi: Nec eos uiros, nec accusationes eorum, quos leges seculi reiiciunt, suscipere debemus, &c. hos autem consanguineos dicimus, quos Diuinæ & Imperatorum, ac Romanorum, atque Græcorum Leges consanguineos appellant, & in hæreditatem suscipiunt, nec repellere possunt. Taliū cōiunctiones nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt refellendæ, & si quæ ausu temerario tentatæ sunt, auctoritate Apostolica rescindendi ueniunt. Hæc ille, cui D. FABIANVS, D. IULIVS, D. GREGORIVS, & alii Dei Vicarii, pariter Patres Orthodoxi, & Concilium Agathense, Ilerdense, Lugdunen- se, & alia concordant penitus. Vnde iure Christianissimi mo sic in Tridentino definitur Concilio: Si quis dixerit, eos tantum consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, posse impedire Matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, ut plures impediant, aut dirimant, anathema sit. Hactenus in eo Concilio, cui inter hæreticorum sententiam suffragatur Hussus: Affinis, ut compater, uel commater, uel filia adoptiua, uel filius, & reliqui in affinitate concurrentes, non possunt contrahere.

CDLXIII.

Ritu Ecclesiæ Christi veteri Sacramētum Matrimonii celebrandum esse repugnant Geneuana impietatis hæretici ministri, ut ab Ecclesia Christi segregari, imo repulsi nihil de moribus pietatis, & ritibus Christianitatis retinent, atque cum Diabolo fœdus iniunt, Christo abrenuntiant, & Satanæ deuouent. Propterea quod nihil homines inuitis portis inferi Ecclesia Christi perfecto ritu immobilis constans, inconcussa, & inexpugnabilis hætenus perseverat, atque utitur ritibus præteritorum seculorum, seruat Summorum Pontificum pia decreta, custodit quod sacrosancta Romana Ecclesia tradit, Conciliorum sacris Canonibus, & potissime Tridentinæ Synodi Oecumenicæ obtemperat. Cui quidem plurimum in hoc fauent Anglicani ministri, qui nubentes coniungunt, ab unoque hæc uerba exigunt. Accipio te in meam; Accipio te in meum: Hoc annulo te spondeo, potestate corporis mei te honoro: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Dinde pronuntiant, Quos Deus coniunxit homo non separet; recitant pro ueteri more Psalmum, Beati omnes, qui timent Dominum &c. Kyrie eleyson, Christe eleyson, &c. Pater noster. Nouo autem nuptiarum vinculo copulati ante mensam Domini genua ponunt, Euangelium audiunt, ad Communionem accedunt, &c. Ad hoc accedunt Hugonostici: Notandum priusquam celebretur Matrimonium, tribus Dominicis diebus in Ecclesia prænuntiari. Sistent se sponsus, & sponsa initio concionis &c. vos ergo sponsū, & sponsam alloquentes, promittitis, &c. Minister orat. Deus omnipotens, &c. Hæc illi non male approbāt, de statutis Ecclesiasticis, & de cœremoniis Ecclesiæ Catholicæ non scriptis, sed a Patribus traditis.

Ep. 2. c. 4.

Sessio. 2. Ca
no. 3.In c. 1. 1. ad
Cor.Theom. Cal
uin. li. 1. de
S. Trin. dis-
sentir. min.
Geneu. &
Angl.In Catech.
deratio et
Mat. c. 4. cū
confus. a Es-
nard.

Multa sunt
Matrimo-
nij impedi-
menta.
Lutherus.

CDLXIV.

Plura esse impedimenta, quæ Matrimonii copulam impediunt, uel etiã soluunt contractum Lutherus ex professo negat, sectantur alii tricones improbissimi. Sed eos contemnit sacrorum Procerum Senatus in Concilio Sacrosancto Niceno Primo Cano. 21. 23. Chalcedonensi Apud Grat. 3. q. 4. Trullensi Cano. 53. Moguntino cap. 55. Triburiensi cap. 47. 48. & aliis, quæ corroborant Diui Põtifces Oecumenici INNOCENTIVS Primus Ap. Grat. 30. q. 4. SYMMACHVS ap. Pet. Lomb. lib. 4. sent. dist. 42. GREGORIVS Magnus: Decr. 4. cum 58. Episcõ. fac. & complures. Item Rex Longobardorum Luitprandus in leg. Longob. tit. 24. & Carolus Magnus lib. 6. leg. cap. 316. præcipit ut plura impedimenta Matrimonii seruentur. Idem uero docent D. ANSELMVS in Elucida. D. IVO Carnutensis ser. ad Neophyt. D. THOMAS Par. 3. q. 56. art. 1. & alii plurimi. Græci quoque concurrunt ad id quod non abnuat Hussus, qui duodecim Matrimonii impedimẽta describit hoc pacto: Personæ legitimæ, ait Glosa Ordinaria Ambrosii ad Matrimonium, sunt iuxta institutionem Ecclesiæ. Aliæ namque fuerunt legitimæ in exordio nostræ originis, & ante legem Moyfis, aliæ sub lege, aliæ in tempore Gratia. item in primitiua Ecclesia quædam erant legitimæ in exordio nostræ originis, quæ modo nõ sunt, uel illegitimæ: quædam sunt plene legitimæ, quædam omnino illegitimæ, quædam neutra. Plene legitimæ sunt, quas non impedit uotum cõtinentiæ, uel ordo, uel cognatio, uel dispar cultus, uel naturæ frigiditas. Pro isto nota iste uersus: quia illi ostendunt, quæ sunt personæ omnino illegitimæ. Nata duodecim ponuntur impedimenta in eis: Error, conditio, uotum, cognatio, crimens cultus, disparitas, ius, ordo, ligamen, honestas, si sis affinis, nisi forte coire ne quibus, Hæc socianda uetant, connubia iuncta retractant. Primo error, scilicet personæ. Si alia, quam fuit uocata supponitur. Secundo conditio, si seruus, uel serua pro libera datur, ista datur, mihi non uidetur in toto repudiata. Tertio uotum Deo factum ad continentiam secundam. Quarto cognatio consanguinitatis usq; ad quintum gradum inclusiue secundum B. Gregorium. Quinto cultus disparitas: quia fidelis Iudæam, uel Paganam non potest retinere matrimonialiter. Sexto uis, idest, uiolentia: nam uirgo, uel mulier uiolenter desponsata potest licite abire. Septimo Ordo: quia Clericus in maioribus Ordinibus non debet Matrimonium contrahere, quia uotum fecit. Octauo ligamen: alligatus uni per uotum, utrinque facto consensu non potest cum alia cõtrahere. Nono honestas, quæ est propinquitas ex sponsalibus, proueniens etiam prohibet Matrimonium, ut amicus sponsam amici non possit ducere. Decimo affinis, ut compater, uel comater, uel filia adoptiua, uel filius, & reliqui in affinitate concurrentes, non possunt contrahere. Vndecimo coire, impotentia coeundi: ista omnino prohibent matrimonium. Duodecimo, crimen duplex impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. Primum est machinatio in mortẽ mulieris, uel uiri alterius, ut ipse istam, uel ipsa illum ducat, si in effectu sequitur mors. Tales sunt pariter se parandi.

In cap. Babil. cap. de Matrim.

In cap. 7. 1. ad Cor.

Hussus.

Mors corporis asseritur

CDLXV.

Mors, quæ est Animæ corporisque separatio a Theophrasto, ab Epicureo, & a Menandro Samaritano uesanorum omnium principe iam olim uesane negata esse legitur: Menarder enim uesanorum corryphæus nugabatur, mortem ad suos non modo non pertinere, uerum nec peruenire. In hoc scilicet se a superna, & arcana potestate legatum, ut immortales, & incomparabiles, & statim resurrectionis cõpotes fiant, qui bapfisma eius induerint.

Apol. 2.

D. Iustinus

Nec eo minus, sed plus peccant heretici Caluinitę, ac his similes, qui ad eos qui baptismum eorum induerint, mortę æternam non solum pertinere, sed etiam unquam peruenire pessime docent. Quod una cum Menandro stolidissimum dogmate omnium mortalium ludibrio exponendum, ridendū, fugillandum, ab ipsis Dæmonibus subsannandum, & exhibendum, tamquam portentum inauditum, inuisumque a seculis, omni irrisione, & execratione abominandum, & in ultimis terrę partibus collocandum rectissime existimatur, modo autem ex professo mors gnauis Catholicis omnibus probatur, idemque olim factum est a Catholicis antiquis qui de eodem rethierunt Tertullianus lib. de an. c. 50. Diuus IRENAEVS lib. I. c. 21. D. IVSTINVS Ap. 2. Ab ignaris præterea hereticis suggillatur: vnde Bullingerus: Fingunt animas a corpore separatas dormire: id quod uanissimum est. Item asserendo animas separatas, a corporibus nescio in quo dormitorio sternere.

Henricus.

Iudiciū extremum nōdum factū.

D. Anton.

Lutherus.

Iudicium extremum futurū est.

Sebastianus Medicus.

D. Clemens

D. Theophilus.

D. Cyrillus.

Ruffinus.

Bullingerus Hugonostici

CDLXVI.

Albanenses, & Lutherus contendunt, quod iudicium futurum iam factum est, & amplius non fiet quod non modo Ecclesia Catholica uniuersa que adhuc ait. Credo Christum, qui uerurus est iudicare uiuos & mortuos, & Christiani omnes qui hæc, atque eiusmodi fanaticorum hæreticorum deliramenta a Satana Deo atrum suggesta acerbe obiurgant, summe execrantur, maxime detestantur, uehementer abominantur, iure fugillant, digne subsannant, merito exsibilant, uerum etiam hæretici propemodum omnes, quos adhuc terra Europæ sustinet, item omnes schismatici reprobant omnino tam perfidiosum portentosa hæresis dogma, quo verbo Dei ac Deo ipsi fidem omnem abrenunciat, atque abnegat.

CDLXVII.

Manichæi, Borboriani, & nostro seculo Hussitæ, Thomas Scytzerus, & Enthusiastæ immundi spiritus organa negant perfidiose futurum iudiciū. Quod optimi ex verbo Dei asserunt Catholici. D. I primis CLEMENS Romanus Ecclesiæ Oecumenicus Episcopus: In die iudicii, cum iusti introducentur in Regnum Dei, iniusti autem abiciuntur foras, tunc etiam iustitia Dei ostenderetur. D. THEOPHILVS Patriarcha Alexandrinus: Quod Deus mundum sit iudicaturus, & mala subito sint. deinde impio apprehensum, testatur Aeschylus &c. Præterea quod Deus iudiciū sit redditurus in extremo die de perituro, & aliis peccatis, Poetæ quoque fere prædixerunt. Quod pertinet ad conflagrationem mundi, nolentes uolentes consentiunt cum Prophetis, quamuis temporis respectu his multo sint iuniores. D. CYRILLVS Patriarcha Hierosolymitanus: Tremendum est iudicium, ita ut per ea etiam, quæ de illo nuntiamus timor incurtiatur: nam Regnum Cælorum proponetur, & ignis æternus præparabitur. Quomodo igitur dixerit aliquis ignem effugiemus. Et quomodo Regnum Cælorum ingrediemur? Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare, &c. Ruffinus: Dicimus iudicium futurum, in quo iudicio unusquisque recipiat corporis prout gessit, siue bona, siue mala. Et hæc quidem certissima est omnium Orthodoxorum Sententia, quam etiam probant reprobi schismatici, perditæ hæretici, lutulenti Lutherani, prauis Confessionistæ, impuri Osiandrini, improbi Anabaptistæ, impii Trinitarii, pessimi Caluiniani, & alij Satanae arreptitij.

Conc. 32. in

Apo. c. 87

Pan. 4. tit. 11. c. 7.

To. 1. collog. lat. fol. 22.

Su. om. her. ind. 109. Li. 2. Recog.

Lib. 2. ad Aub.

Catech. 15.

In Apol. ad Anast. li. 1. c. 1. c. 6. cum Anasino. Encatech. c. confes.

CDLXVIII.

Christiano spiritu abiecto, spiritum Iudaicum Mahometricum & hæreticum susceperunt Anabaptistæ, quando legionum spiritu agitati ante resurrectionem pios regna mundi occupaturos esse, ubique deletis aut oppressis impiis, bacchantur. Quorum delirium satanicum, & furorem diabolicum non minus Scripturæ, quam Catholicorum omnium scripta omnino detestantur. Vnde Ioannes a Dauentria Lutheranorum articulo respondet: Hic articulus Catholicus est, & Euangelio consonus, & nulla prorsus indiget rasura. Vtinam Dominus daret istis Spiritum suum, ut semper Catholice sentirent. Inde Orthodoxus alius: Cum articulus iste nihil habeat incommodi aut reprehensibilis, neque in confessione, neque in Apologia, libenter eum in omnibus comprobamus. Item Hoffmeisterus: Anathematizant Iudeos, Anabaptistas, Millenarios siue Chiliaistas, item Origenianos & huius impietatis reliquam foecem. Hæc quoniam fidei nostræ sunt, & ex Ecclesiæ prætorio desumpta merito a nobis probantur. Idem asserit Laodius, ite Carolus Cæsar Catholici Principes, Catholici & Orthodoxi omnes & omnes Christiani, quos sequuntur multi imo plurimi, ne dicam omnes hæretici, inter quos Protestantes Lutheranismi inquirunt: Damnamus Anabaptistas, qui nunc Iudaicas opiniones spargunt, fingunt ante resurrectionem, pios regna mundi occupaturos esse, ubique deletis aut oppressis impiis. Scimus enim quod pij debeant obedire præsentibus Magistratibus, non eripere eis imperia; non dissipare politias per seditionem, quia Paulus præcipit: Omnis anima magistratui suo subdita sit. Scimus item quod Ecclesia in hac uita subiecta sit cruci, & primum post hanc uitam glorificabitur, sicut Paulus inquit: Oportet nos similes fieri imaginis filii Dei. Quare Anabaptistarum amentiam, & Diabolicum furorem prorsus damnamus, & execramur. Hactenus hæretici Lutherani Catholice.

In conf. sio. Aug. art. 17

Ref. art. 17 conf. Aug.

Deo. ar. ib.

In eum. art. 17.

Conf. Aug. art. 17. Et variat. 15. 40.

CDLXIX.

Mundum esse perpetuum, nec creatum, aut factum dicunt Xenophranes, Aristoteles, Columella, Prophyrius, Proclus, & Albanenses. Quod Tertulliani tempore, ut ille refert, fere omnes hæretici negauerunt, nunc autem fit ut ab omnibus hæreticis, sicut Catholicis fidelissimis mortalium qui Mundi conditionem, seu creationem iuxta Dei uerbum crediderunt, semper factum est. Atque insuper mundum quoque nequaquam semper duraturum crediderunt, uel docuerunt. Etenim exempli gratia asserit sanctissimus Patriarcha Antiochiæ D. THEOPHILVS: Quod pertinet ad Mundi conflagrationem (Poetæ ac Philosophi) nolentes uolentes consentiunt cum Prophetis, quamuis temporis respectu his multo sint iuniores. Attamen ea & lege, & Prophetis suffurati sunt &c. De Mundi conflagratione uaticinatus est Malachias Propheta: ecce dies Domini uenit ut cilbanus ardens, & incendet omnes impuros. Similiter & Esaias: ueniet ira Dei, uelut inundans grando, & turbo subuerrens uelut imperus aquarum ualidarum, & inundantium, qui omnia deicit ad terram: Hæc quidem Sibylla, & reliqui Propheta uaticinati sunt. Idem sentiunt omnes Orthodoxi, & multi quoque hæretici qui iuxta Symbolum Apostolorum consentiunt. Credo Deum Patrem Omnipotentem Creatorem Cæli & Terræ.

Lib. 10. de nouis. art. 2. Con. Marcion. lib. 1. c. 10.

Lib. 2. ad Antioch.

In Symbol. In cõf. Aug.

Ante diem iudicij soli pij nõ regnabunt. Lutherus.

Dauentria.

Cochlaus.

Hoffmeister.

Laodius.

Lutherani.

Mundus nõ est æternus, sed in tempore creatus

Iodocus. Tertullian.

D. Theoph.

Apostoli. Lutherani.

CDLXX.

Antichrist.
homo futu-
rus est.
Coccinus.
Guilhelmus

Antichristum certum quēdam hominem futurum negant insanissimi, perfidiosissimi, & impiissimi hæretici Lutherus, Gualterus, Vuitaclerus, & alii Antichristi prodromi, Beza, sed hoc Catholici asserunt quemadmodū plurimæ testantur Scripturæ, Sanctissimi, item ac sapientissimi Ecclesiæ Christi Diuini Patres, Orthodoxi Doctores, illuminati Theologi apud Græcos Diuini IRENAEVS, HIPPOLYTUS, ATHANASIVS, METHODIVS, EPHRAEM, GREGORIVS Nazianzenus, IOANNES Chrysoftomus, CYRILLVS, THEODORETVS, & alii, & apud Latinos: illustriissimi ac Diuini Patres D. CYPRIANVS, HILARIVS, AMBROSIVS, HIERONYMVS, AVGVSTINVS, MAXIMVS, EVCHERIVS, PROSPER, PRIMASIVS, IVNILIVS, ISIDORVS, BEDA, & ceteri Deinde schismatici quoque in uniuersum omnes ac deinde, ut Beza testatur, hæretici quod alii quoque, ultra illos, confirmant hæretici.

Beza.
Medices.

Corporū re-
surrectio as-
seritur.
Coccinus.

CDLXXI.

Corporum in fine Mundi resurrectionem negant Aeschylus, Theocritus, Sadducæi, Samaritani, Gnostici, Mesalliani, Seleuciani, Seueriani, Catullus, Hymenæus, Phyletus, Simon magus, Carpocrates, Prodicus, Plinius, Valentinus, Apelles, Marcion, Cæcilius, Manichæi, Hierax, Euty chius, Michael Balbus, noui Manichæi, Albigenes, Almaricus, David Georgius, Calvinus, Libertini, & Anabaptistæ. Asserunt uero Ethnici, Democritus, Plato, Christiani omnes, Catholici omnes iuxta uerbum Dei, & fidem Ecclesiæ id quod paucis demonstrabo. D. CLEMENS Romanus Apostolorum sectator refert ab Apostolis hæc astructa fuisse: Iustos, & iniustos mortuis excitandos, & mercedem iis soluendam confitemur. Idem Apostoli rursum dixerunt: Credo carnis Resurrectionem. Hanc ob rem optime D. POLYCARPVS Martyr Discipulus D. IOANNIS Apostoli, & Euangelistæ cōtra hos hæreticos scribit: Qui detorsit eloquia Domini ad propria desideria, & dixerit, neque Resurrectionem, neque Iudicium esse, hic primogenitus Satanæ est. His uero subscribunt omnes omnium seculorū Orthodoxi, atque præterea hæresarchæ, & hæretici Arriani, Pelagiani, Nestoriani, & alii deinceps Græci schismatici omnes. Insuper Vuicleuistæ, Hussitæ, Lutherus, Lutherani, Calviniani, Trinitarii, & alii hæretici prope omnes aut etiam omnes.

D. Clemens.

Apostoli.

D. Policar.

Resurrectio
in utroque
sexu fiet.

Guido Car-
militan.

Patriarcha

CDLXXII.

Armenii dicūt, quod omnes in Resurrectione generali resurgēt in sexu virili, nō muliebri. Quod Catholici Doctores a Deo instructi, a Spiritu Sancto illustrati, ab Ecclesiæ Christi successione, & eruditione perpetua roborati iure optimo damnant. Quamobrem D. PROCLVS exempli ratione, optime scripsit: Creauit, inquit, sapientia, Deus hominem ob incorruptibilitatem, & imaginem propriæ sempiternitatis fecit ipsum. Nō ergo fecit corpus. Nemo enim ex anima est, & corpore. Qua propter scias quod Dominus eadem hæc docere uult non credentibus sadducæis in resurrectionem carnis. Hoc enim est dogma Sadducæorum. Vnde concinnata parabola de muliere, & septem fratribus, ut sermonem de resurrectione carnis in dubium uocarent: Accesserunt ad ipsum, inquit, Sadducæi dicentes resurrectionem non esse. CHRISTVS igitur si non esset resurrectio carnis, sed anima solum seruaretur, suffragatus esset ipsis uelur bene, & recte ten-

Art. 3.
Con. Sand.
in Theol.

In c. 2. ad
Theol.
In sum. om.
heres.

Art. 4. &
lib. 8. art. 3.
de sign. Ec.

Const. Apof.
lib. 6. c. 11.

In Symbol.
Epi. ad Phi-
lip.

De Armen.

Ser. de Res.

tientibus. Nunc uero respōdit, dicens: In resurrectione neque matrimonia contrahuntur, neque nuptui elocantur, sed sunt sicuti Angeli in Cœlo: non quod carnem non habent, sed quod non matrimonium contrahunt: sed sunt de cetero in incorruptibilitate, & per hoc Angelis assimilatos dicit, ut quemadmodum Angeli in Cœlo, sic & nos in Paradiso, neque nuptijs, aut conuiuio amplius uacantes, sed ut uideamus Deum, & colamus uitam gubernante nobis Christo, &c. D. ATHANASIVS Magnus: Ad Christi aduentum omnes homines (ideſt uiri & feminae) reſurgere debent cum corporibus ſuis: & reddituri ſunt de factis propriis rationem. Hoc aſſerunt omnes Catholici & aduerſum huicque contrarium dogma damnāt. Idem uero efficiunt Græci, Lutherani, Caluiniani, Trinitarii, & alii hæretici in hoc catholicis conſentientes.

In Symb.

CDLXXIII.

Animas defunctorum, nec in Purgatorio, nec in Gehenna ocium, ac locum habere amplius merendi, uel demerendi ex instituto contra uerbum Dei pluribus Scripturæ locis expreſſum, contra Chriſti Catholicam Eccleſiam negat Lutherus, pluribus ſcriptis ſuam deſenſatur hæreſim, quam Catholici reſellerunt ab initio. D. CLEMENS Primus primo dicit: Vnaquæq; res ſuum tempus habet, & locum. Operam hic locus, hoc tempus eſt: meritorum ſeculum futurum. D. GREGORIVS Nyſſenus: Soli homini donatum eſt per pœnitentiam ueniam peccatorum conſequi, & omni, & ſem per ſecundum uitæ huius tempus: poſt mortem uero conſeſſum eſt nemini. D. AVGVSTINVS: Hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc uitam releuari quiſpiam, uel grauari. Nemo autem ſperet quod hic neglexerit cum obierit apud Deum promereri. Cum his plane omnino cōſentiant ſecūdem uerbum Dei Orthodoxi omnes, & præter eos ſchiſmatici, Hæretici Lutheranum dogma non probant, imo nec ipſe Lutherus, quādo ſuperbiſſime effutit: Permitto quod Papa condat Articulos Fidei, Animam eſſe immortalē. Et alibi. Mortui dormiunt, & nihil intelligunt ferum noſtrarum &c. Nihil ſentiunt, iacent ibi mortui, non numerātes dies uel annos, ſed excitati uidebuntur ſibi momento dormiſſe: ergo eodē auctore, & qui cum in hoc ſectantur, patet Animas morte, inſcitia ſomnoque detentas nihil plane mereri, ſeu poſſe mereri, uel demereri. Ceterum arrogantes ſchiſmatici, & impii hæretici, qui Purgatorium non credunt, ſtatim, locum, tempusque merendi, uel demerendi nullum omnino umquā uſpiam uere certeue admittunt.

Art. 6.

Lib. 2. Recog.

Li. de Phil

In Enchir. ad Laur. c. 110.

Aſſertar. 27 & ad c. 7. Ecl.

CDLXXIV.

Limbū Sanctorum Patrum eſſe hæretici negant. Item Zuinglius, Lutherus, Bucerus Caluinus, & Beza. Sed iſta ipſiorū caterua, & dœm oniorū hæc doctrina oīno proſcinditur, & reiſcitur a Chriſtianis Doctōribus inter quos D. IGNATIUS: Deſcendit ad Infernum ſolus, reſgreſſus eſt autem cū multitudine, & ſceptrum illud æternum rupit, & medium parietem illius deſtruxit, & intra triduum reſurrexit. D. THEOPHILVS: In hoc, quod apud Infernum Abraham uidit, hæc ſubefſe quibusdam ratio putatur, quod omnes ſancti, ante aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti ad inferna, licet ad reſrigerij locū, deſcendiſſe leguntur. D. AVGVSTINVS: Nondū Dominus uenerat ad Infernū, ut erueret inde omnium Sanctorū præcedentium animas, & tamen Abraham in requie ibi erat. Et quidem diues cum torque-retur apud inferos, cum uideret Abraham, leuauit oculos. Nos enim poſſet leuatis oculis uidere, niſi ille eſſet ſuperius, ille inferius. B. IACO-BVS Vitriacus Cardinalis ſapientiffimus: Limbus inferni quo ſancti

In expoſ. ſi. Ad cap. 27.

Gen.

Ad ca. 27.

Matth.

Inſt. 2.

Ep. ad Tra.

Li. 4. All.

in Ioan.

In pſ. 85.

Dom. 1. poſt Pent.

Patriarcha

Post mortē non inueni-gur locus me-remendi uel de-merendi. Coccius.

Papa.

Episcopus.

Episcopus.

Lutherus.

Limbū San-ctorum Pa-trum aſtrui-tur.

Cinglius.

Lutherus.

Bucerus.

Caluinus.

Beza.

D. Ignatius

D. Theoph.

D. Auguſt.

Vitriacus.

Sebastianus Medices.	detinebantur, longe est, & ualde remotus ab inferno inferiori: In hanc pariter sententiam descendunt omnes Orthodoxi, omnes Catholici, a quibus communi consensu aduersum haereticorum dogma retunditur atque etiã id fit ab haereticis: a Vigilantio enim Patrum Limbus asseritur, Sepulchrales enim haeretici CHRISTVM asserunt non ad inferos, sed ad Limbum Patrum descendisse. Inde Ioannes Hussus de Limbo mentionem facit, dicendo: CHRISTI resurrectio, Inferni destructio Sanctorum e Limbo eductio, &c. Oecolampadius & alii Sacramentarii illud docent. Imo Lutherus in illud: Tu in sanguine testamenti tui eduxisti unctos tuos de lacu, in quo non erat aqua, sic explicat: Quod quidam sententiam olim sic intellexerunt, Hunc lacum esse vestibulum Inferni in quo fuerint Patriarchae ad quos CHRISTVS venerit cum descenderet ad Infernum, & eos eduxerit, permitto eorum simplici deuotioni, & arbitrio. Sanguinem Messiae opponit sanguini ueteris testamēti quasi diceret, Moses eduxit populum suū ex Aegypto in sanguine sui Testamenti: sed tu Rex alius nouum testamētum cōstitues in Sanguine tuo, quo tuos captiuos educes ex alia Aegypto, videlicet ex lacu in quo non est aqua. Calvinus CHRISTVM docet e Limbo Sanctorum animas liberaffe dicendo, Animas fidelium corporibus egressas in carcere detentas fuisse, ubi erant constitutae ardenti studio Aduentus Christi, quod libertati spiritus nondum plenē essent donatae. Hæc ille quidem fusius tractat, partem adiuvat Catholicam, & sibi, ut notant Catholici Theologi de more, repugnat. Agnouit enim rursus ac illum ita probat: Vulgo colligunt, inquit, fideles animas in Limbo fuisse inclusas. Vermilio placet appellari locum Patrum, vel sinum Abraham. Extremo Molinæus sententiam Catholicorum de Limbo plurimum probat, atque laudat.	In su. om. bar.
Hussus. Fenardent.		In Psal. 118 Libr. 6. de morte Christi fruct. c. 1 To. 5. com. in c. 9. Zac.
Lutherus.		Ade. 3. D. Petr.
Calvinus.		Lib. 8. c. 1. de sig. Eccl. In cap. 14. Ioann. uen. Loc. com. f. 381. Harm. Sch.
Coccinus.		
Calvinus. Molinaus.		
Infernus asseritur.	CDLXXV.	
Coccinus. Fenardent.	Infernum esse negant Pythagoras, Epicurus, Lucretius, Cicero, Seneca, Iuuenalis, Lucianus, Plinius, Pausanias, Iudæi quidam, item Gnostici, Albigenes, Almaricus, Barbara, Hermannus, Lutherus, Calvinus, Bucerus, & Infernales: quem esse tradunt D. ATHANASIVS: Peccatorum animæ in Inferno posita sunt subter omnem terram, & mare, ut Psalmus dicit: Posuerunt me in lacu Inferni, in tenebrosis, & umbra mortis. Et apud Iob scriptum est: Ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriam, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. D. CYRILLVS: Quæ est Inferni anima? locus potius est Infernus, & animarum miserarum carcer horridus. Animæ igitur eorum qui in hac uita deliciis, & uoluptatibus effœminantur ad Infernum descendunt, & implebunt quasi eius animam. D. AVGVSTINVS: Pœnalia loca sæpe demonstrata sunt his, qui rapti sunt a corporis sensibus, & mortuis similes iacuerunt. D. EVCHERIVS: Infernus pœnarum locus est in quo ini quorum animæ cruciantur. D. OPTATVS: Obseruate, ne ueniat ad inferos, & illic inueniat Core, Dathan & Abiron schismatis magistros scilicet vestros. Sed quorsum tanta? hoc enim idem asseuerantissime, & communissime tradunt diuina Oracula, Diuini Apostoli, Diuini Patres, Diuini Theologi, Diuina Ecclesia tota omni seculo, ac omni tempestate, quin et Plato, Proclus, Poetæ, Aristoteles, Græci, Vualdenses, Pragenfes, Vuicleuista, Hussita, Anabaptista, Trinitarii, & Lutherus qui dicit: Quid sit Infernus nescimus, solum nouimus, quod certus locus sit, de quo Luca 16. ubi Abraham ad diuitem: inter nos, & uos magnum chaos interiectum est.	De q. nou. lib. 10. art. 7. In lib. 8. ar. 3. de sig. Eccl. In Tabula. In quest.
D. Athan.		Lib. 1. in Es. cap. 5.
D. Cyrillus.		De Gen. ad. li. 12. c. 32. Ex. 5. post. Re. Lib. 6. com. Parmen.
D. August.		
D. Eucher. D. Optatus.		
Lindanus.		Ser. de eod. & inf. In Thecoma.
Lutherus.		

Infernus est locus
Satanæ re-
proborum sup-
plicij desi-
gnatus.

Carthusia.
Coccius.
Fouardent.
Concilium.

Lambertus.

Beza.

Infernus est
in centro Ter-
rae.

Brentius.

Tertullianus.

Scholastici.

Aristoteles.

Beza.

Coccius.

Infernus est
coelum adhuc
apertum esse.

Coccius.

CDLXXVI.

Aeterni supplicij, ac tormentorum uerum locum esse infernum non metaphoricum nimis perfidiose Hugonotarū parens Paganis, imo Iudæis, Turcis, Tartaris his deterior Caluinus in uniuersum cum Danæo, Bucero, Brentio, Beza, Caluianis, Lutheranis, Vbiquistis, Metaphoristis & gregalibus inficiatur. Quibus aduersantur Scripturæ plurimæ, Patres omnes, Doctores innumeri, & uniuersa quæ utique fuit Christi Ecclesia ut superius indicaui de quo quisque Carthusianum, Coccium, & Fouardentium consulere potest. Idque præterea paucis sacrosancto Concilio Oecumenico Florentino sic traditur: Animæ illorum, qui in actuali mortali peccato, uel solo originali decedunt, mox in Infernum descendunt, pœnis tamen disparibus puniendæ. Ab his autē nō discrepat porro Danæus damnans se primū, deinde Lutheranos, & Vbiquistas probat ex D. AVGVSTINO Infernum esse locum plenum tenebris, discordia, odio, obscœnitate, amaritudine, dolore, incendiis, siti, fame, igne inextinguibili, tristitia, uindicta perpetua, & tot supplicij, ut capi non possint ulla hominum cogitatione. Huius uero ueni Metaphoristæ sibi turpiter repugnantis, non est absimilis sententia, quæ his præfert uerbis, quæ Marloratus refert. Dæmones afferuntur probe custoditis, ut tandem in externas tenebras abiiciantur. Aeterna caligo ipsos aliquando excipiet apud inferos. Illis densiores, ac æternæ tenebræ paratæ sunt. Seruat reprobos DEVS cum Satana puniendos in caligine Tartarea. In huius hæretici sententia hæreticus uenit Beza locum, ait, supplicium nocentium destinatum, ab illa regia discernimus: Nos sicut Cœlum, in quo cum Christo æterna felicitate perfruemur, certum ac definitum locum esse, mūdo ipso superiorē ex Scriptura credimus, ita & Inferos ex iisdem scripturis certum, ac definitum locum esse, quem non frustra ex Scriptura Abyssum, Tartarum, Infernumque uocant Ecclesia, horrendis, & æternis Satanae, & impiorum supplicij designatum.

De 4. nouis.
De 4. nouis.
De pag. da.
l. 14. c. 2. 4.
In lit. vno.

Com. in c.
109. Ench.

Ad alter. l.
Brent. part.
p. 5. 94. us-
que ad 599

CDLXXVII.

Brentius cum suis gregariis contendit Infernum Cœlo comprehendit: hoc Catholicismus reicit ex quo unum in medium mox proferant. Tertullianus doctrina, & antiquitate grauissimus ita Orthodoxe scribit: Nobis Inferni, non nuda cauositas, nec subdialis aliqua mundi sentina creduntur, sed in tota terræ, & in alto uastitas, & in ipsis uisceribus eius abtusa profunditas. Idem probant Orthodoxi Patres, ac præcipue Theologi illustrissimi Diui THOMAS, BONAVENTURA, AEGIDIUS, DIONYSIUS, & ceteri Scholastici, & omnes Doctores Catholici. In quorum probatissima, ac optima sententia Philosophi quoque fuere, ut probat Aristoteles, centro Terræ comprehendit docent Infernum, denique Beza Brentii notat stultitiā in hunc modum: Vbicunque sit Satan esse inferos id est locum illum æternis pœnis dæmonum, & impiorum destinatum, qui Brentio concedet? Nam si ita esset, multo magis fuissent inferi in miseri illius corpore, quod dæmonum legio occupauerat, qui tamen precantur Christum ne in abyssum procul dubio ad inferos mittantur.

In hu. & de
maie. Chri.
l. de ani. c.
55.

In 4. Mag.
sent. d. 45.

Ser. de Ca.
& Mun.

l. 8. de Sig.
Eccl. art. 9.

CDLXXVIII.

Augustiniani ab Augustino heretico Bohemo nomen sortiri Infernum, & Cœlum adhuc clausum esse putant, neque apertum iri ante diem extremum. Quorum commentum profecto hæreticissimum, ut de Catholicis interim

l. 8. ar. 7. de
Sig. Eccl.

fileam quibus nullus error subesse potest, Orthodoxorum sodalitas, & concors Christianorum omnium consensus, cum enim omnes Catholici afferant (quemadmodum supra ex aliquot eorum testimoniis allegatis ceterorum sententiam patefecerint) iustos sanctosque statim post mortem Coelum ingredi, impios uero infernum, consequitur itaque planissime eorum omnium assertione Coelum Infernumque adhuc apertum esse. Quibus nimirum adstipulantur haeretici, & reliqui ferme omnes, qui antehac uixerunt, & qui usque ad hunc diem quotquot fere uiuunt, depellunt, atque despicunt, ut passim in suis scriptis uidere licet. Ita ut tamquam manifestum fidei articulum raptim recensent Calvinum, qui sic dicunt: Patet uobis aditus Coelorum per ascensionem Christi, & Beza: Daemones precatur Christum ne in abyssum procul dubio Inferos mittantur. Quare eius sententia reclusus est inferorum locus uidelicet Infernus. Et pari sensu Hunnius asserit Calvinum secum magnum stellarum (ut Apocalypsis loquitur) numerum trahere & secum in abyssum praecipitem agere.

Caluiniani

Beza.

Aegidius.

Reprobi nunquam saluabuntur.

D. Hieron.

Cathusia.
Iodocus.

D. Ioannes.

D. Irenaeus.

D. Hierony.

D. Haymon

Protestantes.

CDLXXIX.

Origeni, & Origenistis a D. HIERONYMO, & Catholicis aliis tribuitur dogma haereticum, quod reprobos, ac daemones aliquando requiescet, ac saluandos fore. Quod itidem Catholici semper reprobatur, & tamquam Scripturis aduertum, & expresso Dei uerbo contrarium condemnarunt. Ex eorum etenim sententiis luculentissimis eum daemones omnes, tum omnes reprobi aeternis suppliciis condemnatos, ac condemnandos, luce clarius meridiana palam feci, cum Damasceno exire enim dicunt omnes. Idem est hominibus reprobis mors, quod Angelis casus, & cum D. IRENAEO: Venit, &c. ad finem iubere messoribus colligere primum zizana, & fasciculos alligere, & comburere igni inextinguibili, triticum autem colligere in horreum: & agnos quidem uocare in praeparatum Regnum mittere, qui praeparatus est a Patre eius Diabolo, & angelis eius. Atque cum Diuo HIERONYMO: Erit transitus uirgae fundatus requiescere faciet Dominus super eum. Et est sensus: Nequaquam eum uirga percutiet, & eam rursus leuabit, ac more cadentium finem faciet verberandi: sed quasi fundatam, & alta radice defixam, in poenis eius faciet permanere. Quod si ita intelligitur, ubi erit poenitentia diaboli? praesertim cum dicatur peccatoribus: Ite in ignem aeternum, quem praeparauit Deus diabolo & angelis eius. In tympanis, & cytharis, & bellis praecipuis expugnabit eos daemones uidelicet, & omnes impios cum gaudio omnium Dominus expugnabit. Ab heri quippe, & a praeterito tempore praeparata est a rege Domino Tophet, id est lata, & spatiosa gehenna, quae eos aeternis adurat ardoribus. Idem praeterea cum D. HAYMO: Post multos dies uisitabuntur, Origenes dicit: quia postquam acceperint a Domino illam sententiam terribilem: Ite maledicti in ignem aeternum, post multos dies, id est post mille annos, finito iudicio a Domino uisitandi sunt. Quam sententia nemo Sanctorum Patrum corroborat, sed omnes denegant, habentes illam sententiam Domini ante oculos: Ibunt impij in aeternum supplicium, iusti autem in uitam aeternam. Quicquid aeternum est, sine termino est sicut ergo Dominus iustis potuit gaudium aeternum, ita impiis supplicium aeternum. Idem probarunt, ac probant plurimi haeretici, quorum numero unum sufficit audire Marloratum: Prava est opinio sibi persuadere, uel damnatos, uel daemones fore aliquando saluandos. Atque Lutherani confessionarii: Damnamus Origenistas, qui finxerunt Diabolis, & damnatis finem poenarum futurum esse.

Cate. Dom.
12 sc. 4.
Con. Brent.In Cal. cap.
110. f. 18.Ad ca. 14.
Esa. 1. del.
55. Patr. de
Orig.
De 4. nouis.
De 4. nouis.De fia. Or.
1. 5. c. 27.Ad ca. 30.
Esa.Ad ca. 24.
Esa.Conf. Aug.
ar. 17.

CDLXXX.

Impiorum animas statim post obitum in cruciatibus æterni ignis torqueri non credit Lutherus & gregales, qui uitam animarum esse perpetuam, uel Infernum esse negauerunt: Credunt id Catholici ac docent. Tertullianus namque: Et nunc animas torqueri, fouerique penes inferos, licet nudus, licet exules carnis, probauit Lazari exemplū. D. HILARIUS: Testes nobis sunt Euangelii diues, & pauper: quorum unum Angeli in laudibus, Beatorum, & in Abrahami sinu locauerunt, alium statim pœnæ regio suscepit. A deo ut statim pœna mortuum exceperit, ut etiam fratres eius adhuc in supernis manerent. Nihil hic desolationis, aut moræ est. Iudicis enim dies, uel beatitudinis, uel retributio est æternæ, uel pœnæ. D. GREGORIUS in omnibus Magnus: Si esse Sanctorum animas in Cœlo sacri eloquii satisfactione credidisti, oportet ut per omnia credas, & iniquorum animas in Inferno; quia ex retributione æternæ iustitiæ, ex qua iusti iam gloriantur, necesse est per omnia, ut & ingiusti crucientur. Nam sicut electos Beatitudo lætificat, ita credi necesse est, quod a die exitus sui ignis reprobos exurat. Græci, autem iisdem subscribunt, ac ualdentes, qui animas impiorum e corporibus excedentes in æternas e uestigio pœnas mergi asseruerunt: quibus consentit Beza, ut paulo ante conspicuum euasit. Hoc qui Infernum concedunt, idem probare uidentur.

CDLXXXI.

Iudicii nouissimi diem formidabilem esse ac metuendum negat Lutherus, Beza, Calvinus, & Calvinitæ, dicentes: CHRISTVS in extremo iudicio nemo nostrum est condemnaturus: Non debemus timere diem iudicii, ut horroris nobis sit. Certi sumus, quod non nisi in salutem nostram CHRISTVS apparebit. Quod negat Christi Ecclesia plurimis sacra Scripturæ locis erudita, respuunt hoc idem omnes sancti Patres, & graues ipsius Ecclesiæ Doctores. D. CYRILLVS Patriarcha Alexandrinus: Metuo inuitabiles probationes. Nihil enim accusatoribus eget iudex ille, neque testibus, neque demonstrationibus, neque probationibus, sed quæcunque fecimus, diximus, decreuimus ea in medium adfert ob oculos nocetum. Tum nullus est, qui adfit, & pœnis eripiat: non pater, non mater, non filius, non filia, non alius quisquam cognatorum, non vicinus, non amicus, non defensor, non pecuniarum largitio, non diuitiarum abundantia, non potentia fastus: quin hæc omnia cineris ritu in puluerem abeunt, solusque reus ex suis factis absoluentem, aut condemnantem sustinet sententiam, & cet. Pudeat omnis impiorum hæreticorum secta: operiatur genus infidelium: pereat Iudæorum collegium, & cet. Diuus alter CYRILLVS Patriarcha Hierosolymitanus: Tremendum est iudicium, ita ut per ea etiam, quæ de illo nuntiamus timor incutiatur: nam Regnum Cœlorum proponetur, & ignis æternum præparabitur. D. HIERONYMVS: Expectetis magnum, & terribilem diem Iudicii, diem uidelicet iræ, diem calamitatis: ubi Cœum simul cum terra pauebit, Cœlorum omnes mouebuntur uirtutes, trementes erunt Angeli simul cum Sanctis omnibus: tum singulorum uitæ discutientur discrimina, & merita apparebunt: Semper tuba illa terribilis uestris obstrepat auribus: Surgite mortui uenite ad iudicium: Ecce Rex in manu potenti uenit, a cunctis uult exigere rationem, certe de cogitationibus minimis, certe de leuibus, & otiosis uerbis. Si reddere de singulis parati non eritis, proiicientini in carcerem exteriorum, audietis a Iudice: Ite maledicti in ignem æternum, paratum Diabolo, & angelis eius. Hactenus Pater Orthodoxus hausit a sacra Scripturæ uberrimo fonte a quo qui-

Ad ea. 25.
Gen.
De Resur.
c. 13.
In Ps. 2.

l. 4. Dial. c.
28.

Cat. her.

Inf. c. 16.

Cat. Dem.
17.

Ora. de ex.
an. C. sec.
Chr. duc.

Catoc. 15.

In Reg. Mo
nac. c. 30.

dem reliqui Ecclesie Orthodoxa Catholici Patres uberrime hauserunt. Id que fieri constat ab his hereticis, qui de salute nemine certum esse sentiunt, ut sunt Hussus, Lutherus, & alii, ut supra constitit quando timor de incertitudine salutis proficiscitur, & dubieras est mali quod cuique contingere potest. Verum Calvinus ipse dicit: Hi regno Christi expellendi sunt qui certam eius uitae iam sibi arrogat possessionem, DEVM nullis exorabilem futurum, quam his qui cum tremore ad eius cofugiunt misericordiam. Et nisi in animis nostris magno timore, & tremore concutiamur peruersa fiducia mox irrumperet.

Calvinus.

Postiudiciu anima, & corpore mali in poena, & boni in gaudiu aternum ibunt. Coccinus.

D. Hippoly.

D. August.

Zuzeburg.

Huldarini.

Zutbeyani.

CDLXXXII.

Postquam Resurrectio, & Iudicium patratum fuerit impios corpore, & anima perpetuas in Inferno scelerum poenas luituros esse negant Eunomius, Armenii, Nicolaus de Calabria, Iudaeorum quidam Anabaptistarum & libertinorum quidam. Assueverant vero Catholici Patriarchae, Prophetae, Apostoli, Euangelistae, Apostolici, Patres, Orthodoxi, Sancti, Doctores, Theologi, Sanctaque DEI Ecclesia, Christianique in uniuersum omnes. Quod duobus Sanctis Patribus in medium allatis ostendam. D. HYPOLITVS Martyr: Dicet Christus in illa die: omnes qui neglexerint, nec misericordiam exercuerint, hic bene merendo, nihil eis debetur, nisi ignis, qui non extinguitur: Humanus enim sum: at iustus quoque iudex. Nam omnes pro dignitate remunerabor: omnibus pro cuiusque labore mercedem praestabo: omnibus pro suo certamine proemia rependam. Misereri uolo: sed oleum in uasis uestris non uideo, &c. Confessi estis me Dominum, sed uerbis meis non paruistis &c. Descendent hi in supplicium aeternum: iusti uero in uitam aeternam. D. AVGVSTINVS: In requie sunt animae priorum a corpore separatae: Impiorum autem poenas luunt donec istarum ad aeternam uitam: Illarum uero ad aeternam mortem quae secunda dicitur corpore reuiuiscunt. Ac rursum: Post resurrectionem uniuerso completoque iudicio, suos fines habebunt ciuitates duae unae Christi, altera Diaboli, una bonorum, altera malorum: utraque tamen Angelorum, & hominum. Istis uoluntas, illi facultas non poterit ulla esse peccandi, nec ulla conditio moriendi, istis in aeternum uita uere feliciterque uiuentibus: illis infeliciter in aeterna morte sine moriendi potestate durantibus: quoniam utique sine fine. Sed in Beatitudine isti alius alio praestabilius: in miseria uero illi alio alius laudabilius permanebunt: Hacenus sententia, fides, confessioque Orthodoxorum omnium satis patuit, quam insuper tenent Graeci aliqui haeretici, cunctique schismatici, Vualdeses, & praeter alios etiam Lutherani, quos sic recenset Zuinglius recte confutans Lutheranorum dogma, de animarum stolidissima, ac stupidissima dormitione: Audio quosdam esse, qui nos a morte anima, & corpore ad extremum usque diem dormituros affirmant, tum resuscitandos, & ingressuros esse in gaudium, & gloriam Dei, aut in aeternam miseriam. Denique Protestantes de suis Ecclesiis sic confitentur: Docent, quod Christus apparebit in consummatione mundi ad iudicandum, & mortuos omnes resuscitabit, & hominibus piis dabit uitam aeternam, & gaudia propter impios autem omnes & Diabolos condemnabit, ut sine fine crucientur.

Ade. 4. Lu. & ad ca. 8. Mat.

l. cor. 8. de 4. nouis.

Ora. de consum. sec.

Dec. D. lib. 13. 6. 8.

Ench. 6. 11

De Vuald.

In op. arti. 57.

Conf. Aug. art. 17.